This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Vet. DF550. C8. T3

DEPARTMENT OF BYZANTINE
AND MODERN GREEK IN THE
ERSITY OF OXFORD

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

THEOPHYLACTUS SIMOCATTA.
GENESIUS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIV.

TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY
- 4 JUN 1980
OF OXFORD
LIBRARY

THEOPHYLACTI

SIMOCATTAE

HISTORIARUM

LIBRI OCTO

RECOGNOVIT

IMMANUEL BEKKERUS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIV.

TAYLOR INST. OXFORD

IMMANUELIS BEKKERI

PRAEFATIO.

Theophylacti Simocattae historiam Mauricianam cum bis editam accepissem, primum ab Iacobo Pontano, viro in sua societate non indocto, deinde a Carolo Annibale Fabrotto, cuius nec doctrinam magnopere laudaris nec diligentiam, ipse quia et codicibus carebam manuscriptis et parum assueram generi illi dicendi, quo plane mirifico utitur scriptor ad exemplar antiquitatis ineptissime expressus, satis habui si universa scribendi et interpungendi ratione ad sanitatem propius revocata manifestos duntaxat scribarum typothetarumque errores corrigerem: eos enim nimis multos ab Ingolstadiensi editore (I) transmissos Parisiensis (P) secure propagavit et auxit. addiderat Fabrottus glossarium sive vocum aliquot explicationem: id sesquifolium post Meursii et Ducangii in eodem ge-

nere operam nihil admodum habebat utile. Pontani quoque reccidi annotationes quippe pueris scriptas. eiusdem versionem Latinam non dubitavi refingere, sicubi aut a sententiae veritate aut a sermonis puritate longius videretur declinare.

Scrib. Berolini Idibus Nov. a. 1833.

IACOBI PONTANI DEDICATIO.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

D. MAXIMILIANO,

UTRIUSQUE BAVARIAE DUCI, PALATINO RHENI, ETC.

Munus quoddam historicum, ipso genere unum, expositione bipartitum, MAXIMILIANE PRINCEPS, ad te mitto. de imperio et imperatoribus Orientis scriptores hi ambo memorant, de Mauricio Tiberio quidem prior, ut longior, ita quoque gravior et illustrior; de Palaeologis Comnenis posterior, ut chronographus, contractior. inter illius et horum tempora aliquot saecula fluxerunt, anni propemodum septingenti; id quod narrationum in uno volumine coniunctionem impedire non debuit, quando uni eidemque imperio praefuerunt, Byzantiumque novam Romam, ut Constantinus Magnus appellare voluit, sedem ac domicilium habuerunt, et quae commemorantur ab utroque, ad idem imperium eandemque civitatem spectant. Florebant res et stabant incolumes adhuc sub Mauricio principe potentissimo. deflorescebant et accidebantur potissimum sub Palaeologis, cum Osmanidae sive Turcarum reges, nominis et maiestatis Christianae infestissimi, semper aliquod tanquam membrum de ingenti et praeclarissimo corpore avellerent, donec tandem numine connivente fortunatissimam illam augustissimamque urbem, re vera caeterarum urbium βασιλίδα, reginam ac dominam, acerrima oppugnatione diu vexatam in potestatem adduxerunt; atque ita corporis quod dixi, velut speciosissimum caput, aut intima eius viscera atque adeo cor ipsum

immanissime avulserunt. quod ut gestum sit, a PROTOVESTIARIO nostro, qui praesens interfuit, diligentissime et ad fidem accommodatissime descriptum invenimus. in utraque historia, ut hoc loco ad illarum commendationem nihil praeterea ponam, summam rerum humanarum mobilitatem ac vicissitudinem, et quod est apud Flaccum, hic apertissime intueri licet:

— *valet ima summis*
Mutare, et insignem attenuat deus,
Obscura promens. hic apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hic potuisse gaudet.

Ex quanta felicitate Ormisdas Persarum rex (nam de rebus quoque Persicis multa Theophylactus narrat) et Chosroes filius eius in quantas aerumnas devoluti sunt? quam flebilis est Mauricii exitus? quam miserabilis Palaeologorum conditio, qui auxiliaria Latinorum arma toties incassum implorarunt? Persae Varamum, Mauricius Phocam, Constantinus VIII, qui ex familia Palaeologina extremus et parum diu imperavit, Mahometem II, tyrannos crudelissimos pertulerunt.

Quare principibus nihil tutius, nihil salutarius, quam ab uno et unico deo pendere semper, cuius est regnum, et cui voluerit, dabit illud; nihilque perinde in omni vita carum habere ut pietatem ac religionem, cuius in te ipso, MAXIMILIANE, ut item in sanctissimis parentibus ac maioribus tuis, exempla multa et singularia vidimus, legimus, audivimus; quemadmodum et virtutum reliquarum, quibus principes Christiani plusquam diadematis, auro et lapillis, stipatorumque magnis catervis et omni demum honorum genere exornantur. in his elucet inprimis domus vestrae clarissimae erga religiosos viros amor ac liberalitas, qua cum SOCIETAS nostra plurimum usa sit utaturque quotidie, et pars illius etiam ad Augustanum hoc Collegium dimanaverit, et nos quoque tua tuorumque successorum praesidia subsidiaque nobis polliceri possimus, facere non potui quin ad testificationem grati ac memoris animi hoc quidquid est voluminis tibi inscriberem; cum praesertim ex nobilissima bibliotheca tua codices Graecos plures hactenus mihi et

quibusdam ordinis mei suppeditaveris, ut hoc etiam modo nomine studiosorum omnium, qui his et aliis interpretationibus nostris nostrorumque legendis profecerunt aut proficient, tibi gratias agere videar, cum thesauros tales latere et absconditos esse amplius noluisti. quod restat, etiam atque etiam oro, PRINCEPS SERENISSIME, ut labores hosce tibi pie dedicatos ne spernas, Societatemque nostram omni benevolentia comprehendere ne desistas. Augustae Vindelicorum, anno MDCIV, pridie Kal. Maias.

IACOBI PONTANI
PRAEFATIO AD LECTOREM
DE AUCTORE HUIUS HISTORIAE, DE SCRIPTIS EIUS, DE SYNOPSIBUS IN EUM PHOTII CONSTANTINOPOLITANI.

Theophylactus Simocatta (sic enim malo quam Simocattus; idque cum Suida, apud quem est Σιμοκάττης) in Aegypto natus est, ut ipse liquido indicat lib. 7 cap. 16 extremo, cum de fluminis Nili incremento et inundatione disputationem longiusculam texere incipit. natus est autem loco non ignobili, ut coniecturam facimus, quandoquidem Petrum Aegypti praefectum se cognatione attingere affirmat, lib. 8, ubi Mauricii miserabilem interitum exponit ac deplorat; et ipse quoque honores gessit, quod statim docebimus. atqui scimus regendis praesertim provinciis, ut non imprudentes viros, sic etiam non humiles ac plebeios praeponi solere. ex dialogo, quem historiae suae praefigit, adultis Mauricii temporibus in lucem editum suspicor; et id multo magis ex cap. 17 lib. 2 colligo, ubi se de illius rebus audiisse a senibus narrat, quia scilicet puerilem tum aetatem agebat. sub Heraclio, qui Phoca interfecto imperium pene triginta annis tenuit (ab anno Christi 612 ad 640 scilicet), et Sergio patriarcha Constantinopolitano eum floruisse historiamque istam conscripsisse, ex eodem dialogo certo certius constat, similiterque ex cap. 12 lib. 8, ubi se, Phoca e medio sublato, scripta a se de Mauricii nece populo e superiore loco recitasse eumque ad lacrimas commovisse narrat. Photius

ἀπὸ ἐπάρχων ex praefectis nominat. praefecturam itaque, nec civitatis sed provinciae potius alicuius, administravit. ab eodem ἀντιγραφεὺς dicitur; quod quidem putavit reddendum *Scripturarius*. Scripturarii, inquit Nonius, apud veteres fuerunt quos nunc tabellarios dicimus, quod scriptis et commentariis omnia vel urbium vel provinciarum complecterentur. Lucilius: *publicarum rerum assuefiam, ut scripturarius*. unde historiam nostram liceret appellare: THEOPHYLACTI SIMOCATTAE EXPRAEFECTI ET SCRIPTURARII *). sed Budaeus in Pandect. ἀντιγραφεὺς interpretatur OBSERVATOR COACTORUM, id est, eorum qui pecuniam colligunt ad principem aut rem publicam pertinentem, qui Graecis ἀποδέκται, nostratibus receptores particulares, Ciceroni pro domo sua, et alibi, custodes; ubi forsitan *coactorum* subaudiendum est. magis igitur inscriptio placuit, EXPRAEFECTI ET CUSTODIS COACTORUM. Suidas σοφιστὴν appellat, id est, hominem doctum ac sapientem, ex eoque et verba explanat et locos integros adducit.

Ingenium eius mite inprimis et φιλόκαλον, ut etiam doctrinam non vulgarem, scripta ipsa testantur ac produnt; quorum alia sunt epistolae, alia quaestiones naturales, alia historica. verum nos duobus prioribus generibus in praesens praetermissis, de historia, quam in manibus habemus, age, pro recepto interpretum more disseramus. de qua primum omnium audiendus est Photius, cui cum summa eruditione summi quoque iudicii intelligentia tribuitur. *ἡ μέντοι φράσις αὐτῷ ἔχει μέν τι χάριτος· πλήν γε δὴ ἡ τῶν τροπικῶν λέξεων καὶ τῆς ἀλληγορικῆς ἐννοίας κατακορὴς χρῆσις εἰς ψυχρολογίαν τινὰ καὶ νεανικὴν ἀπειροκαλίαν ἀποτελευτᾷ· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ τῆς γνωμολογίας οὐκ ἐν καιρῷ παρενθήκη φιλοτιμίας ἐστὶ περιέργου καὶ περιττῆς. τὰ δ' ἄλλα οὔτι ἐς μῶμον ἥκει. dictio eius lepore ac venustate non caret. verumtamen modificatarum vocum et allegoricorum sensuum nimis crebra usurpatione, cum fastidio legentium, tandem friget et iuveniliter ineptit oratio. quin*

*) Interpres Hist. Trip. retinuit Graecum verbum lib. 9. Auct. Hist. Misc. lib. 13 Latine scripsit antigrapheus. sic enim ibi leg. et Idatius in praefatione Chronici. alii contrascriptorem vertunt. vide Salm. ad Hist. Aug. scriptores p. 480. 481 et 485.

etiam intempestiva sententiarum intermistio diligentiam nimis curiosam et supervacaneam olet. caetera in reprehensionem non cadunt. huic iudicio et nos suffragamur, dictionisque elegantiam ex tropis, tum iis qui in uno verbo tum iis qui in oratione cernuntur, magnam partem a Simocatta quaesitam, et comparatam concedimus. tropi autem ut rariores ornatum, sic frequentiores non solum satietatem et ineptiam, sed insuper obscuritatem pariunt. recensere huiusmodi tropos hoc loco nihil attinet, cum res perspicua sit, de qua loquimur. est et aliunde parum nonnunquam dilucidus hic auctor, ut interpretem etiam me eruditiorem pudere non debeat id candide confiteri. quod de sententiis non opportune insertis queritur Photius, id aliquando factum a Simocatta non memini. curiose quidem et fortasse plus satis diligentem alicubi non negaverim, et in sententiis quoque crebrum esse fateor: nec ob id diem illi dicendum puto. invenitur praeterea aliquanto verbosior, quod Photium praeteriisse miror; et idem vel continenter repetit, vel pluribus quam opus est dicit. sed enim haec tria a reprehensione haud aliena multis laudabilibus egregie compensat. est quippe rebus illustris et magnificus; tametsi non omnia Mauricii, sed bella cum Persis potissimum, nempe quinque libris prioribus, persequitur: reliquis tribus adversum Abares et Sclavinos sive Sclavos gesta, necnon funestum eius exitum complectitur. magnam habet casuum varietatem, quae legentes mirabiliter retinet. genus scribendi, si totum simul universe spectemus, sane elaboratum, prudens, grave, iucundum, disertum, planeque oratorium. affert ad vitam humanam ex rerum vicissitudine ac mutatione quam rectissime instituendam documenta utilissima, eo siquidem fine potissimum historia texitur, ut aliorum exemplo velut in speculo, quid in moribus nobis sectandum fugiendumve sit, contemplemur. nec lectorem suum tantummodo meliorem sed etiam doctiorem dimittere studet; et cum alios summi ordinis scriptores, tum Homerum se non oscitanter legisse ostendit. multa nihilominus particulatim laudari in hac historia Mauriciana possunt, ut descriptiones montium, fluminum, castellorum, locorum, pugnarum, rituum; orationes partim sacrae, partim civiles, partim militares, sententiis ornatissimae ac robustissimae et omnino elo-

quentissimae; similitudines ad illustrandum accommodatae; multa prudenter dicta, multa pie explicata. si igitur historia quoquo modo scripta delectat, haec historia scripta ad hunc modum necesse est multo amplius delectet; in cuius contextu Graeco innumeris locis emendando et interpungendo nos etiam atque etiam maioremque in modum laborasse credas velim.

Iam vero Photius, qui in iudicio de hac historia ferendo acutum se praebuit, in synopsibus seu argumentis singulorum librorum conficiendis parum accurate fideliterque versatus est. haud enim ipsemet ex lectione et memoria illas composuit (quod multis iam persuasum opinor, qui Theophylactum nostrum nondum viderunt et Photianam Bibliothecam evolverunt) sed lemmata seu summulas sectionum, ab aliquo lectore aut librario inductarum, et in vestibulo totius operis, ut mos est, simul ordinatim positas, ut invenit, ita in octo fasciculos constrinxit, ac nihil pene a se animadversum interiiciens, alienum laborem pro suo nobis obtrusit et fucum fecit. cum autem lemmata illa nunc imperfecta sint, nunc minus quam pro re contineant, nunc plus contineant, nunc ab ordine rerum narratarum discrepent, nunc falsa sint, haec omnia vitia in epitomis Photianis aeque reperiuntur. quibus nos tollendis operam dantes, epitomas ad ipsam narrationis integritatem, seriem veritatemque accommodavimus; quod facile perspiciet, qui periochas istas sive argumenta sive synopses, ut nobis placuit appellare, cum iis quae apud Photium leguntur conferre voluerit. quamobrem etsi eius nomen in his omittere sine piaculo poteramus, ne tamen quispiam recognitionis seu emendationis nostrae ignarus aut nos tam nobilem scriptorem nondum vidisse admiraretur, aut illi gloriam suam invidisse opinaretur, synopsibus singulis Photii patriarchae, immo pseudopatriarchae nomen praeposuimus. in capita unumquemque librum nos primum nostrum secuti iudicium divisimus, et suum cuique argumentum praescripsimus.

DE INSCRIPTIONE HUIUS HISTORIAE.

Libros hosce οἰκουμενικὴν ἱστορίαν non ab ipso historico, sed ab aliquo ipsius studioso lectore aut librario inscriptos existimo, quod observarim vetustos scriptores de titulis monumen-

torum suorum sive de inscriptionibus adeo parum fuisse sollicitos, ut eos saepe omiserint. in quo posteris errandi, ne dicam ineptiendi data est occasio. splendida sane appellatio, et quae universam quandam orbis seu rerum per orbem gestarum explanationem polliceri videatur, cum tamen nonnisi Mauricii res, neque illae omnes hoc volumine explicentur, multa siquidem etiam alibi et in Occidente et in Italia praecipue gessit. quid ergo? arbitror inventorem huius inscriptionis ad ipsum imperatorem, qui tum nullo alio Occidentis imperatore *οἰκουμενικὸς* dici vere potuit, respexisse, ut non tam oecumenica quam oecumenici historia nominanda videatur. nos ut omnem ambiguitatem obscuritatemque fugeremus, simpliciter nec falso, et quod satis est, historiam Mauricii imperatoris inscripsimus, non impedientes, si quis nihilominus *οἰκουμενικὴν* voluerit appellare.

QUI RES MAURICII PERSCRIPSERINT.

Quanquam de hoc magno et illustri imperatore complures scripserunt, duos tamen potissimum laudandos caeterisque sine ulla controversia longissime anteponendos video, Evagrium, omnium antiquissimum et ipsius Mauricii aequalem, cuius extant libri historiae ecclesiasticae (qui cum nonnisi ad duodecimum eius annum pervenerit, apparet ante illum vita excessisse: Mauricius quippe annis viginti imperio praefuit), et Theophylactum hunc nostrum, qui proxime secutus est Evagrium, scripsitque regnante Heraclio Phocae successore, et scripsit ex instituto libris 8 historiam Mauricii, accuratissime et elaboratissime, ut videbis. ex quo tanquam flumine caeteri rivos suos deduxerunt, inprimis Theophanes, qui, quod Iustinus Trogo Pompeio et Xiphilinus Dioni, hoc ipse Simocattae fuit: compendium enim quoddam confecit, et id Anastasius Bibliothecarius interpretatus est pene totum. Paulus Diaconus in Miscella, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus Callistus. omnes isti suas narrationes hinc derivarunt, secundum Theophanem Nicephorus potissimum. verum nos dulcius ex ipso fonte bibamus. multo enim apud nostrum omnia copiosius et diligentius (tametsi non sine digressionibus, sed utilibus et iucundis) explicantur. et gratia magna Nobili ac Magnifico D. Ioanni Georgio

Herwardo ab Hohenburg, Serenissimi principis Bavariae consiliario intimo et inclytorum statuum Bavaricorum cancellario, cuius cura et impulsu factum est ut edito catalogo codices Graeci manuscripti bibliothecae Bavaricae cum doctis viris aliquando ad publicam utilitatem communicarentur. in quibus hunc diutius iacere in tenebris non oportuit.

DE OMISSIS A SIMOCATTA.

De caeteris a scriptore hoc in Mauricii rebus praetermissis, et quia perpauca et quia non magni momenti sunt, nihil dicam. illa a reliquis omnibus posita et narratione ac scitu dignissima, quare tacuerit (ignorare enim ea non potuit) coniectura indagemus licet, crudelitatem in captivorum duodecim millia, quos cum non ita grandi pecunia redimere potuisset (non enim plus nummo aureo in caput constituebat Chaganus, immo dimidium), ex avaritia noluit, atque ita ut omnes ad unum mactarentur in causa fuit. et displicuit hoc verbum coram domino. quamobrem per quietem se ad Christum iudicem ciari et accusari a captivis vidit. interrogatusque hicne an in futura vita pretium sibi pro scelere vellet reddi, hic hic, misericors domine, respondit. tum iudex, tradite illum Phocae cum uxore et liberis. experrectus Philippicum sororis maritum repente accersivit; et quoniam eum tyrannidis suspectum habebat ideoque in carcerem coniecerat, in genua procidens veniam ab eo petivit. haec a Theophane fusius exponuntur. perstringit ea duntaxat Nicephorus lib. 18 cap. 38.

DE LIBERTATE AUCTORIS IN APPELLATIONIBUS.

Monendus mihi es, bone lector, Theophylactum in Persis et Perside nominandis esse copiosum et varium. nominat enim illos etiam Babylonios, Parthos, Medos, Chaldaeos, barbaros; hanc Medicam et Babyloniam (quo vocabulo et Seleuciam, regiam sedem, aliquoties intelligit: nam et Babylonia dicta est), sive poetas imitans, qui vicinorum nominibus in appellandis locis et gentibus utuntur; sive quia olim sub eadem monarchia omnes fuerunt; sive quia alii ex aliis descenderunt et alii post alios rerum potiti sunt. cui rei probandae faciunt illa verba legati Chosroae regis Persarum ad Mauricium imperato-

rem lib. 4 cap. 13: *ἢ οὐκ ἐκ Βαβυλωνίων Μῆδοι, ἐκ δὲ Μήδων οἱ Πέρσαι, μετὰ δὲ τούτους οἱ Πάρθοι, ὥσπερ τινὶ ἀκολουθίᾳ διαδοχῆς τὴν Χαλδαίων εὐδαιμονίαν ἐκτήσαντο; annon e Babyloniis seu Assyriis Medi, ex Medis Persae, ex his Parthi, quasi quadam consequenti successione Chaldaeorum opes acquisiverunt?* poëtas autem uti vicinorum nominibus in gentibus et populis appellandis, atque adeo in Persis, de quibus agimus, testis locuples erit Horatius, apud quem etiam Medi et Parthi, plane sicut a nostro Simocatta, nominantur. ab historicis Graecorum quoque bellum Graecis a Xerxe illatum *τὰ Μηδικὰ* saepe dicitur. Abares etiam modo Scythas, modo Hunnos, modo Turcas vocat. nos Persarum et Persidis nomina ad vitandam *ἀμφιβολίαν* et confusionem lectorum, ubi sensus patitur, ubique retinemus. interdum Romanos (hoc est Graecos), qui a temporibus usque Constantini M. propter imperii sedem in Orientem translatam ita coepti sunt nominari, ut annotationibus in Cantacuzeni historiam docuimus, etiam Latinos appellat. caetera quae te scire volo, in notis exspectato.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ ΣΙΜΟΚΑΤΤΑ

Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Α Ι.

TAYLOR IN... OXFORD

PHOTII
IN THEOPHYLACTUM
SUMMARIA
COD. LXV.

Ἀνεγνώσθη Θεοφυλάκτου ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέως ἱστοριῶν λόγοι ὀκτώ. ἔστι δὲ οὗτος ὁ Θεοφύλακτος τῷ γένει Αἰγύπτιος. ἡ μέντοι φράσις αὐτῷ ἔχει μέν τι χάριτος, πλήν γε δὴ ἡ τῶν τροπικῶν λέξεων καὶ τῆς ἀλληγορικῆς ἐννοίας κατακορὴς χρῆσις εἰς ψυχρολογίαν τινὰ καὶ νεανικὴν ἀπειροκαλίαν ἀποτελευτᾷ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ τῆς γνωμολογίας οὐκ ἐν καιρῷ παρενθήκη φιλοτιμίας ἐστὶ περιέργου καὶ περιττῆς. τὰ δ' ἄλλα οὔ τι ἐς μῶμον ἥκει. ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ Μαυρικίου, καὶ κάτεισι μέχρι τῆς Φωκᾶ ἀναρρήσεως. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ λόγῳ διέξεισιν ὅπως ὁ Μαυρίκιος ὑπὸ Τιβερίου τοῦ βασιλέως ἀναγορεύεται βασιλεὺς, Ἰωάννου κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας προεστηκότος. ὅσα τε εἰς νουθεσίαν εἶπε Μαυρικίου, Ἰωάννῃ τῷ κυαίστωρι χρώμενος ὑπουργῷ

Lecti sunt Theophylacti expraefecti et scribae octo libri historiarum. est hic Theophylactus domo Aegyptius. dictio illius Veneris aliquid habet, nisi quod figuratis vocibus et allegoricis sensibus putide nimis ac frequenter ad satietatem usus in frigiditatem quandam et iuveniles ineptias delabatur. veruntamen et sententiarum illa interiectio minus opportuna diligentiam arguit et curiosam et supervacaneam. cetera bonus in reprehensionem non incurrit. auspicatur a Mauricii imperio et usque ad promulgationem Phocae successoris eius narrationem pertexit. percenset primo libro, quo pacto Mauricius a Tiberio renuntiatus sit imperator, Ioanne id temporis ecclesiam Constantinopolitanam administrante; quaeque eundem inauguraturus admonuerit, interprete adhibito Ioanne quaestore, quem ut cum ad Mauricium tum ad populum coram

τῶν λόγων, ὃς πρός τε αὐτὸν Μαυρίκιον καὶ τὸν δῆμον τὴν ἐν τῷ λόγῳ πρᾶξιν ἐτάχθη πληροῦν τοῦ βασιλέως. ὅπως τε αὐτῷ τὴν θυγατέρα κατενεγύησεν, ὅπως τε τῇ ὑστεραίᾳ τῆς Μαυρικίου ἀναρρήσεως ἐτελεύτησε, καὶ ὡς πρὶν ἢ τελευτῆσαι αὐτὸν εἶδεν ὄψιν λέγουσαν αὐτῷ "τάδε σοι, Τιβέριε, τὸ τρισάγιον λέγει· οἱ τύραννοι τῆς ἀσεβείας ἐπὶ τῆς σῆς βασιλείας οὐ φοιτήσουσι χρόνοι." ἦν δ' ἄρα ἐκεῖνα τραγῳδίας τινὸς προαγόρευσις τῆς ἀνὰ τὸν παλαμναῖον Φωκᾶν ἀνοσιουργοῦ τυραννίδος. ἔτι δὲ καὶ ὡς πρὸς Ἀβάρους ἤδη μικρῷ πρόσθεν τὸ Σίρμιον πολιορκήσαντας Μαυρίκιος σπονδὰς ἔθετο, ἀν' ἔτος ἕκαστον τοῖς βαρβάροις συνθέμενος ἐγκαταβάλλεσθαι δι' ἐμπορείας ἀργύρου τε καὶ ἐσθῆτος χρυσοῦ χιλιάδας π'. αἳ μέχρις ἐνιαυτῶν δύο διήρκεσαν, ὑπὸ τῆς βαρβαρικῆς ἀπληστίας λυθεῖσαι· εἴκοσι γὰρ χιλιάδων χρυσοῦ ὁ βάρβαρος προσθήκην ἐζήτει. ἐξ οὗ λύσις γέγονε τῶν σπονδῶν. καὶ ἁλίσκεται ὑπὸ τῶν βαρβάρων Σιγγηδὼν ἡ πόλις καὶ Αὐγούστα καὶ τὸ Βιμινάκιον, πολιορκεῖται δὲ καὶ Ἄγχιαλὸς πόλις. καὶ πρεσβεύονται Ἐλπίδιος καὶ Κομεντίολος Ῥωμαίων πρέσβεις πρὸς τὸν τῶν Ἀβάρων Χαγάνον, καὶ ἀτιμοῦνται, ἅτε δὴ Κομεντιόλου παρρησιασαμένου πρὸς τὸν βάρβαρον. τοῦ δὲ ἐπιγενομένου ἔτους πάλιν Ἐλπίδιος πρὸς τὸν Χαγάνον διαπρεσβεύεται ἐπὶ τῷ καὶ τὰς εἴκοσι χιλιάδας προστεθῆναι. καὶ λαβὼν Ταργίτιόν τινα ἀπὸ τῶν Ἀβάρων ἐς Βυζάντιον ἦκεν. ἐπεὶ δὲ οἱ βάρβαροι πολλὰ τῶν Ῥωμαίων ἐλῃΐζοντο, Ταργίτιος εἰς Χαλκίδα νῆσον ἐξορίζεται, μηνῶν ἓξ τῇ ἐξορίᾳ παρα-

praesentem nomine suo verba faceret, ipsemet delegerat. quomodo eidem Mauricio filiam suam desponderit, ac postera luce e custodia corporis evolarit. quale visum ante mortem ei oblatum, istanc vocem dederit, "Haec tibi, Tiberi, ter sanctum numen dicit, tyrannica impietatis tempora te imperante non venient." erant haec nimirum alicuius tragoediae, calamitatisve praenuntia; nempe tyrannidis, quam sceleratus, et cruentus ille Phocas arripuit. praeterea quemadmodum cum Abaris, qui non ita pridem Sirmium ditioni suae subdiderant, Mauricius foedus composuerit, pactus, in annos singulos iisdem octoginta millia in veste et argento a mercatoribus solnturum. verum pensio ista ne ad biennium quidem cupiditati et avaritiae barbarorum satis fuit, siquidem Chaganus eorum princeps, uti vicena millia adiicerentur postulavit. eo postulato reiecto foedus infirmatur. Singidon, Augusta, Viminacium urbes subiiguntur. Anchialo oppugnatio admovetur; Elpidius et Comentiolus ad Chaganum legati indigne accipiuntur, quod hic videlicet hominem liberius compellaverat. anno ab hoc altero Elpidius iterato ad Chaganum super vicenis aureorum millibus addendis mittitur, et cum Targitio quodam ex Abaris Byzantium redit. Comen-

ταθέντων. στρατηγὸς δὲ αἱρεθεὶς Κομεντίολος κατὰ Σκλαβήνων ἠνδραγάθησε. καὶ ὅπως πάλιν ὁ Χαγάνος τὰς σπονδὰς συγχεῖ· καὶ περὶ Βουκολόβρα τοῦ μάγου. πόρθησίς τε πλείστων πόλεων Ῥωμαϊκῶν ὑπὸ τῶν βαρβάρων. εἶτα τὸν πόλεμον διέξεισι τῶν Περσῶν καὶ Ῥωμαίων τὸν ἐπὶ τὸν Νυμφίον ποταμόν, τόν τε γάμον Μαυρικίου καὶ Κωνσταντίνης τῆς Τιβερίου θυγατρός. διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ γενομένου ἐμπρησμοῦ, ὃς ἐν τῷ φόρῳ κατὰ τὰ προοίμια τῆς βασιλείας Μαυρικίου συνέβη, καὶ περὶ τῆς ἀναιρέσεως Παυλίνου τοῦ γόητος, καὶ περὶ τοῦ θαύματος τοῦ κατὰ τὴν κόγχην Γλυκερίας τῆς μάρτυρος, ὅπως τε Ἰωάννης ὁ πατριάρχης, φιλανθρωπότερον δοκοῦντος ἔχειν τοῦ βασιλέως, αὐτὸς πυρὶ παραδοθῆναι τὸν γόητα διισχυρίζετο, παρυφαίνων τῷ λόγῳ καὶ τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν. καὶ ὅτι Παυλῖνός τε καὶ ὁ παῖς, κοινωνὸς ὢν τῆς ἀσεβείας, τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπήχθησαν, ξίφει τὸν βίον καταστρεψάμενοι. ἔτι τε περὶ τῶν Ἀφούμων καὶ Ἀχβᾶς τῶν φρουρίων. ἐμπεριέχεται δὲ τῷ λόγῳ μάχη Ῥωμαίων καὶ Περσῶν, καὶ ὅπως ὁ Ἰωάννης καταστρατηγεῖται ὑπὸ τῶν βαρβάρων. ἔτι δὲ καὶ ὁ μέγας σεισμὸς ὁ γενόμενος κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀναγορεύσεως Μαυρικίου, καὶ περὶ τῆς ὑπατείας αὐτοῦ. ὅπως τε Φιλιππικὸς ὁ ἐπ' ἀδελφῇ τοῦ βασιλέως Γορδίᾳ γαμβρὸς τῆς ἑῴας δυνάμεως προχειρίζεται στρατηγὸς, καὶ αἱ ἀνδραγαθίαι αὐτοῦ, ἀναχώρησίς τε ἐκ τῆς Μηδικῆς τῶν Ῥωμαίων. καὶ ὅπως ἀνυδρίᾳ τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐκινδύνευσεν, ὅπως τε τὴν Ἀρζανηνὴν χώραν ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς προνομῇ

tiolus contra Sclavinos sive Sclavos dux creatus rem cum virtute gerit. Chaganus propter Barcolabram magum foedera denuo confundit. cumque Abares complura Romanorum oppida depopularentur multisque locis vastitatem inferrent, Targitius in insulam Chalcitidem ad senos menses relegatur. Romanorum Persarumque ad Nymphium flumen conflictus. Mauricium inter et Constantinam Tiberii filiam nuptiarum sacra obeuntur. in ipso primordio imperii Mauricii exortum in foro incendium. miraculum conchae seu pelvis Glyceriae martyris. Paulinus praestigiator deprehenditur. imperatore ad clementiam propendente, ut apparet, Ioannes patriarcha veneficum rogo cremandum instat, dictaque verbis Apostolicis confirmat. Paulinus in crucem tollitur: eius filio impietatis consorti caput a cervicibus abscinditur. de Aphumis et Acbas castellis. Persarum et Romanorum certamen. Ioannes dux astu militari victus. Mauricio imperium occipiente horribilis terraemotus. eiusdem consulatus. Philippico imperatoris sororio (Gordiam quippe illius germanam habebat in coniugio) orientalium copiarum praefectura mandatur. Eius egregia facinora. Romanorum e Perside abitio. sitis immensitate propemodum extinguuntur. captivos trucidant. Arzanenam regionem

παραδέδωκεν, ἀριστεία τε τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως, καὶ ὅπως τὰ κατὰ τὴν Μαρτυρόπολιν ὁ Περσῶν στρατηγὸς κατεπόρθησε. πρεσβεία τε Περσῶν πρὸς Ῥωμαίους πρώτη καὶ δευτέρα. ταῦτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ.

2. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ διαλαμβάνει περὶ τοῦ ὄρους τοῦ Ἴζαλά, περί τε τῆς κατὰ τὸν Καρδαρηγὰν τὸν τῶν Περσῶν στρατηγὸν ἀλαζονείας. ὅπως τε Φιλιππικοῦ τε καὶ Ῥωμαίων πρὸς τὸν Καρδαρηγὰν καὶ Πέρσας μάχη περὶ τὸ Ἀρζάμων συνέστη, καὶ ὅπως ὁ Φιλιππικὸς τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα φέρων περιῄει καθαγιάζων τὸ στράτευμα, καὶ ὡς νίκη ἐπιφανεστάτη τότε Ῥωμαίων ἐγένετο, ὅπως τε ἡ ἀχειροποίητος πρὸς Συμεώνην τὸν ἐπίσκοπον Ἀμίδης μετὰ σεβασμιότητος ἀποστέλλεται. σκυλεύεται δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων τὸ βάρβαρον, καὶ φεύγει ὁ Καρδαρηγὰν ἐπὶ τὸ Λαράς, καὶ ὅπως οἱ Λαρηνοὶ ἀπὸ τοῦ ἄστεος αὐτὸν ἀποπέμπονται διὰ τὸ κατὰ κράτος ἡττηθῆναι. ὅπως τε ὁ Ῥωμαίων στρατιώτης τὸ σῶμα κατετέτρωτο· ἦν δὲ τῆς τῶν Κουαρτοπάρθων τάξεως, οὕτω καλουμένων τῶν ἐν Βεροίᾳ πόλει τῆς Συρίας τὰς διατριβὰς ποιουμένων. περί τε τῆς ἐπιστρατείας Ῥωμαίων κατὰ τῆς Ἀρζανηνῆς, καὶ ὅπως Μαρουθᾶς καὶ Ἰώβιος οἱ ἡγεμόνες αὐτῆς αὐτομολοῦσι πρὸς Φιλιππικὸν καὶ Ῥωμαίους. καὶ περὶ τῆς ἰδιωτικῆς δυνάμεως τῆς συναθροισθείσης ὑπὸ τοῦ Καρδαρηγὰν εἰς τὸ ἐξαπατῆσαι Ῥωμαίους. καὶ ὅπως Ἡράκλειος ὁ Ἡρακλείου τοῦ αὐτοκράτορος πατὴρ ὑπὸ τοῦ Φιλιππικοῦ ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν πολεμίων ἀποσταλεὶς παραδόξως διασώζεται. καὶ περὶ Ζαβέρτα τοῦ Πέρσου, καὶ ὅπως τῆς τῶν Χλομαρῶν πο-

militi depraedandam dux Romanus permittit. a bellandi peritia commendatur. Scipio Africanus maior laudibus effertur. Persae haud procul Martyropoli grassantur. eorum ad Romanos legatio. Hactenus liber primus.

2. Mons Izala. Cardarigani Persarum ducis arrogantia. Romanorum cum Persis apud Arzamonem fluvium congressus. Philippicus imaginem non manufactam portans circumeundo exercitum sanctificat, et Romani victoria clarissima potiuntur. eadem imago ad Simeonem Amidae Antistitem transmittitur. Barbarorum spolia Romani legunt. Cardariganus Daram confugiens ut victus oppido a Darenis excluditur. Romani militis e cohorte Quartoparthorum (sic enim nominantur qui Berrhoeae in urbe Syriae commorantur) corpus vulneratum. in regionem Arzanenen Romanorum expeditio. Maruthas et Iobius duces eius ad Philippicum transfugiunt. Cardarigas belli rudes ad Romanos circumveniendos conscribit. Heraclius Heraclii Augusti pater a Philippico hostes exploratum missus, mirabiliter servatur. De Zaberta Persa. Romani a castello Chlomaro obsidionem abstinent. Philippici repentina et

λιορκίας Ῥωμαῖοι ἀπέσχοντο. ἔτι δὲ περὶ τῆς ἀθρόας καὶ ἀλόγου φυγῆς Φιλιππικοῦ, καὶ τῆς γενομένης ἀταξίας τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐκστρατεύμασι. περί τε τῆς ἐνιχθείσης τῷ Φιλιππικῷ νόσου. καὶ ὅτι Ἡράκλειος ὁ Ἡρακλείου τοῦ αὐτοκράτορος πατὴρ τὰς φροντίδας τῆς ἡγεμονίας ἀναδέχεται. ὅπως τε τοῖς μεσημβρινοῖς τῆς Μηδικῆς προσβάλλει ὁ τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως ὑποστράτηγος· καὶ ὡς ἔαρος ὥρᾳ προσβάλλουσι Ῥωμαῖοι κατὰ τῆς Περσῶν πολιτείας. διαλαμβάνει τε ὡς Κομεντίολος κατὰ τῶν Ἀβάρων ἐκστρατεύει, ἔχων ὑποστρατήγους Μαρῖνον καὶ Κάστον, καὶ ὡς εὐδοκιμοῦσιν οὗτοι κατὰ τῶν Ἀβάρων· ὕστερον δὲ ζωγρεῖται ὁ Κάστος. καὶ ὅτι Ἀνσιμοὺθ τὸν ἔξαρχον τῆς πεζικῆς Ῥωμαίων δυνάμεως οἱ Ἄβαροι ζωγρίαν ἔλαβον, καὶ κατέδραμον τὰ ἀνὰ τὴν Θρᾴκην αἱ δυνάμεις αὐτῶν. καὶ Κομεντιόλου διάσκεψις εἰ χρὴ ἐπιτίθεσθαι τοῖς Ἀβάροις, καὶ δημηγορία ἐπὶ τὸ δεῖν ἐπιτίθεσθαι, καὶ ἀντιδημηγορία. ὅπως φωνὴ ἐμπεσοῦσα τῷ στρατῷ τῶν Ἀβάρων ἄπρακτον τὴν τοῦ Κομεντιόλου ἐπίθεσιν τὴν κατὰ τοῦ Χαγάνου εἰργάσατο. καὶ περὶ Βουσᾶ τοῦ στρατιώτου, ὅπως τε κυνηγῶν ἑάλω ὑπὸ τῶν Ἀβάρων, καὶ ὅπως ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ὑπεροφθεὶς πρῶτος διὰ τοῦτο τοὺς Ἀβάρους πολιορκητικὰ ὄργανα ἐδίδαξε κατασκευάζεσθαι. ὅπως τε ὑπὸ τοῦ Χαγάνου πολιορκεῖται Βερόη, καὶ ὅπως ἀποτυγχάνει τοῦ ἐγχειρήματος. ὅπως τε Διοκλητιανοῦ πόλιν ὁ αὐτὸς πολιορκήσας ἀπρακτεῖ. καὶ ὅπως ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος ὑπὸ τοῦ ἀγελαίου πλήθους τῶν Βυζαντίων ἐλοιδορεῖτο διὰ τὰ ἀπὸ τῶν βαρβάρων συμβεβηκότα περὶ τὴν Εὐρώπην δυστυχήματα, ὅπως τε ἐκπέμπει στρατηγὸν τὸν Ἰωάννην, ὃν ἐπεκάλουν Μυστάκωνα,

absurda fuga. in Romano exercitu trepidatio ac tumultus. Philippici invaletudo. Heraclius Heraclii parens ducis munus capessit. Romanorum hypostrategus, sive subimperator, sive minor dux, Persas ad meridiem incursat. tempestate verna Romani in Persidem irrumpunt. Comentiolus in Abaros movet, hypostrategos habens Martinum et Castum, qui praeclarum nomen adipiscuntur. capitur Castus. Ansimuthum peditatus Romani ducem Abares captivum faciunt: superiorem Thraciam populantur. Comentioli deliberatio, ecquid Abares invadendi sint. in utramque partem disseritur. clamor missus ausa Comentioli inania reddidit. De Busa milite, quomodo per venatum in manus Abarum venerit, et a civibus suis neglectus, ea de causa primus Abaros instrumenta, machinasque oppugnatorias fabricare docuerit. Chaganus Beroen obsidens, proposito excidit. idem Diocletianopolim oppugnare incassum instituit, et a Philippopoli atque Adrianopoli repellitur. Mauricius imperator a plebe Byzantina propter Castum et Ansimuthum duces captos convitiis incessitur. Ioannem cognomento Mystaconem cum Hypostra-

ὑποστράτηγον αὐτῷ καταστησάμενος Δρόκτωνα, ὃς καὶ πολιορκουμένης ὑπὸ τῶν Ἀβάρων τῆς Ἀδριανουπόλεως συμμίξας τοῖς πολεμίοις τὴν πόλιν διεσώσατο. διαλαμβάνει δὲ καὶ ὅπως ὁ Ἡράκλειος φρούριον Περσικὸν ἐνεχείρει τοῖς ὅπλοις ἑλεῖν, καὶ περὶ τοῦ Βϊουδάες φρουρίου, καὶ ὅπως παραδόξῳ ἀριστείᾳ Σάπηρος τοῦ στρατιώτου εἷλον τὸ φρούριον Ῥωμαῖοι. καὶ τὴν ἐνδημίαν δὲ Φιλιππικοῦ περὶ τὸ βασίλειον ἄστυ.

3. Ὁ δὲ τρίτος λόγος διέξεισιν ὅπως χειροτονεῖται ἀντὶ Φιλιππικοῦ στρατηγὸς ὁ Πρίσκος τῆς ἑῴας δυνάμεως, ὅπως τε Φιλιππικὸς διαφθονούμενος Πρίσκῳ πρὸς Ἡράκλειον ἔγραψεν ἐμφανίσαι τῷ στρατῷ τῶν φιτήσεων αὐτῶν τὴν μείωσιν, καὶ ὅτι Πρίσκος προσπελάζων τῷ στρατοπέδῳ οὐκ ἀπέβη τοῦ ἵππου κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος καὶ οὕτως ἠσπάσατο τὸ στρατιωτικόν· διὸ τὸ στρατιωτικόν, ὅτι τε αἱ σιτήσεις ὑπετέμνοντο καὶ ὅτι ἠτιμοῦντο, ἐστασίαζον. καὶ Πρίσκος ἐλιφρέδα δοὺς τὴν ἀχειροποίητον δι' αὐτῆς ἐκλιπαρεῖν τὸ πλῆθος ἐτέχναζεν· οἱ δὲ καὶ ταύτην λίθοις ἔβαλον. διὸ φεύγει μὲν ἐν Κωνσταντίνῃ Πρίσκος, καὶ αἱρεῖται ὑπὸ τῆς στρατιᾶς Γερμανὸς αὐτοῖς στρατηγὸς ἀκούσιος· καὶ ταύτης τῆς τυραννίδος κρατούσης πολλαὶ παρὰ Περσῶν συμφοραὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐναπετίκτοντο. διὸ καὶ βασιλεὺς παύει μὲν Πρίσκον, ἀνταποστέλλει δὲ Φιλιππικὸν πάλιν στρατηγόν. ἡ δὲ στρατιὰ καὶ πρὸς αὐτὸν ἐστασίαζε. καὶ πολιορκεῖται μὲν Κωνσταντῖνα ὑπὸ Περσῶν, ῥύεται δὲ τῶν κινδύνων ἐπιστάντος αὐτῇ Γερμανοῦ. καὶ πόλεμος Πέρσαις καὶ Ῥωμαίοις

tego Droctone mittit, cuius virtute Adrianopolim ab obsidione Abarum, pugnata cum illis pugna vindicat. Heraclius castellum Persicum, Mazarorum Theodorus et Andreas expugnant. Iidem Biudaes, admiranda virtute Saperii militis obtinent. Philippicus in urbem imperantem proficiscitur.

3. Priscus Orientalibus copiis pro Philippico praeponitur. Philippicus Prisco invidens, ad Heraclium scribit, uti annonae imminutionem exercitui significet. Priscus neglecto more veteri, veniens ad exercitum de equo non descendit, ut ita militibus de plano salutem diceret. quocirca quoniam et de commeatu amitterent, et honore suo fraudarentur, seditionem occipiunt. eos artificio quodam Priscus, circumlata imagine non ab homine confecta pacare studet. quam cum et ipsam lapidibus insectarentur, Constantinam fugit: in cuius locum Germanus, quanquam invitus sufficitur. his turbis vigentibus, Persae multis calamitatibus Romanos affligunt. quam ob causam imperator Prisco abdicato, Philippico muneris sui dignitatem restituit; in quem nihilominus exercitus calcitrat. Constantina a Persis obsessa Germani adventu periculo eripitur. Aristobuli opera exercitus erga ducem mitescit. Persarum Romanorumque

κατὰ τὴν Μαρτυρόπολιν γίνεται, καὶ νικῶσι Ῥωμαῖοι λαμπρῶς, ἄτε τοῦ Περσῶν στρατηγοῦ Μαρούζα καὶ τρισχιλίων πεσόντων, χιλίων δὲ ζωγρηθέντων. καὶ διαλλάσσεται πρὸς τὸν αὐτοκράτορα δι' Ἀριστοβούλου τὸ στρατόπεδον· γίνεταί τε κατὰ τὸ φρούριον Γιληγερδῶν τῶν δεσμωτῶν Ῥωμαίων ἀριστεία. καὶ Γρηγόριος ὁ Ἀντιοχείας ἀρχιερεὺς Φιλιππικὸν διὰ πρεσβείας ἀποκαθίστησι τῷ στρατεύματι. ἁλίσκεται δὲ ὑπὸ Περσῶν ἡ Μαρτυρόπολις διὰ Σίττα δόλῳ, καὶ ἀποχειροτονεῖται Φιλιππικός, καὶ Κομεντίολος ἀντ' αὐτοῦ τὸν Περσικὸν ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος πιστεύεται πόλεμον. οἱ δὲ Γέται ἤτοι Σκλάβοι τὰ περὶ τὴν Θρᾴκην ἐλυμαίνοντο, ἡ Ῥώμη δὲ πρὸς τοὺς Λογγιβάρδους ἀνθωπλίζετο, καὶ Λιβύη τῶν Μαυρουσίων περιεγίνετο. Κομεντιόλου δὲ στρατηγοῦντος συμπλέκονται περὶ τὸ Σισάρβανον πλησίον Νίσιβος Πέρσαι καὶ Ῥωμαῖοι, καὶ νικῶσι κατὰ κράτος Ῥωμαῖοι, Ἡρακλείου περιφανῶς ἐνευδοκιμοῦντος τῷ δόρατι· πίπτει γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν Περσῶν στρατηγὸς Φραάτης, καὶ σκυλεύεται τὸ πολέμιον. ἔτι δὲ διαλαμβάνει ὅπως ὁ Βαρὰμ Τούρκους καταπολεμήσας, καὶ πολὺν πλοῦτον Ὁρμίσδᾳ τῷ βασιλεῖ ἐκεῖθεν χορηγήσας, ἦρε τὴν μάχαιραν καὶ κατὰ Σουανίας· Ῥωμαῖοι δὲ Ῥωμανοῦ στρατηγοῦντος συμπλέκονται Βαρὰμ καὶ τῷ ὑπ' αὐτὸν στρατῷ, καὶ κατὰ κράτος νικῶσι. καὶ ὡς διὰ τὴν ἧτταν Ὁρμίσδας τῷ Βαρὰμ ἐπονειδίζων γυναικείαν ἔστειλεν ἐσθῆτα· ὁ δὲ ἀνθύβριζε, θυγατέρα Χοσρόου ἀλλ' οὐχ υἱὸν Ὁρμίσδαν τοῖς γράμμασιν ἐπιγραφόμενος. ἐν ᾧ καὶ Ἀρμένιοι ὑποθήκαις Σαβατίου τὸν μὲν σφῶν στρατηγὸν Ἰωάννην ἀναιροῦσι, προσχωρεῖν

ad Martyropolim conflictus, et horum victoria praedicanda, duce Maruza interfecto et tribus Persarum millibus captis. cum imperatore in gratiam reditur. in castello Giligerdo Romanorum captivorum generosa virtus. Gregorius archipraesul Antiochenus Philippico per legatos militum voluntates recuperat. Sittae dolo et impostura Persae Martyropoli potiuntur. Philippicus gradu deiicitur, et Comentiolo bellum Persicum decernitur. Getae sive Selavi Thraciae finitima incursant. Roma in Longobardos vicissim arma capit. in Lybia Mauri vincuntur. apud Silarbanum prope Nisibim Comentioli ductu Romani Persas summa ope, Heraclio ad famam insigniter dimicante, debellant. dux ipse Aphraates oppetit; spolia leguntur: imperatori pretiosa inde munera transmittuntur. Varamus Turcis superatis Suaniam aggreditur. de Varamo Romani Romano duce triumphant: cui victo exprobrandi causa Hormisdas muliebrem stolam mittit. ille contumeliam contumelia ulciscendam ratus, in epistolae inscriptione Chosroae non filium sed filiam appellat. Armenii Symbatii cuiusdam impulsu Ioannem praetorem suum trucidant,

δὲ Πέρσαις ἐγχειροῦσι. Κομεντίολος δὲ σταλεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως τήν τε στάσιν κατευνάζει καὶ Σαββάτιον εἰς Βυζάντιον ἄγει· ὁ δὲ θηρίοις βορὰ γενέσθαι καταδικάζεται, φιλανθρωπίᾳ δὲ βασιλικῇ τοῦ θανάτου ἀπολύεται. Ὁρμίσδας δὲ Σαράμην κατὰ Βαρὰμ ἀποστέλλει· Βαρὰμ δὲ μάχῃ νικήσας Σαράμην ἐλεφάντων βορὰν ἐποιήσατο, καὶ ἀναφανδὸν κατὰ Ὁρμίσδα παρατάσσεται. ὁ δὲ Βαρὰμ ἐπὶ τοσοῦτο δόξης ἦν κεχωρηκὼς πρὶν ἢ μελετῆσαι τὰ τῆς ἀποστασίας, ὡς μετά γε βασιλέα μηδένα τῶν πάντων μείζονα δόξαν ἔχειν αὐτοῦ· ὃ γὰρ κουροπαλάτην Ῥωμαῖοι καλοῦσι, ταύτης ἀπήλαυνε τῆς τιμῆς. ἐμπεριέχεται δὲ τῷ λόγῳ καὶ ἀναδρομὴ τῶν συγκυρησάντων περὶ τοὺς πρεσβυτέρους χρόνους, καὶ σύντομος ἀφήγησις τῶν κεκινημένων ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου καὶ Τιβερίου τῶν αὐτοκρατόρων, καὶ περὶ τῆς ὠμότητος Ὁρμίσδου τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ τῆς Περσικῆς γενεαρχίας ἀφήγησις. ταῦτα μὲν καὶ ὁ τρίτος.

4. Ὁ δὲ τέταρτος διαλαμβάνει ὅπως τε Πέρσαις ὁ ἐμφύλιος ἐκρατύνετο πόλεμος, καὶ ὅσα συνεκύρησε κατὰ τὴν τυραννίδα Βαρὰμ τρόπαιά τε καὶ εὐτυχήματα· καὶ ἡ τοῦ Φερεχάνους ἀναίρεσις καὶ ἡ Ζαδέσπρα προσχώρησις, ὅπως τε ὑπὸ Βινδόου καθαιρεῖται τῆς βασιλείας Ὁρμίσδας, ὅπως τε ἤτησε δέσμιος ὢν δημηγορῆσαι, καὶ ὡς δημηγορεῖ, ὅπως τε Βινδόης δημηγορεῖ, καὶ κατασφάζεται ἐνώπιον Ὁρμίσδα ὁ παῖς καὶ τεμαχίζεται ἡ βασιλίς, καὶ τυφλοῦται καὶ αὐτὸς Ὁρμίσδας· ὅπως τε ὕστερον ὑπὸ τοῦ παιδὸς Χοσρόου, ὃν ἐστήσαντο Πέρσαι βασιλέα,

et ad Persas deficere instituunt. missus ab imperatore Domenziolus tumultum sedat, et Symbatium Constantinopolim ducit: ubi sententia iudicum a bestiis dilaniandus benignitate et clementia imperatoris conservatur. Soranem ab Hormisda contra se missum Varamus potentior elephanto obiicit. Varamus, qui antequam defectionem meditaretur, eo honoris et auctoritatis processerat ut facile secundus a rege numeraretur (siquidem Curopalatae, ut Romani vocant, magistratum gerebat), aperte regi bellum facit. repetitio rerum vetustioris cuiusdam memoriae, gestorumque adversum Persas Iustino et Tiberio impp. compendiosa narratio. Hormisdae regis Persarum crudelitas. principes familiae apud Persas.

4. Bellum civile inter Persas robur validum acquirit. Varami tyranni prosperi successus. Pherochanis trucidatio. Zadesprae ad hostes transitio. Hormisdas a Bindoe regno deturbatus e vinculis concionandi facultatem impetrat, in quem Bindoes asperius verba fecit. Hormisdae filius minor ante oculos patris mactatur, regina frustatim dissecatur: ipse terebratis luminibus caecatur, postmodumque a Chosroe filio seniore, quem sibi regem Persae elegerant, fustuario interimitur. Varami tyran-

ροπάλοις ἀναιρεῖται. ἐπικράτειά τε τῆς τυραννίδος Βαράμ, καὶ φυγὴ Χοσρόου τοῦ Περσῶν βασιλέως, ὅπως τε ἐπὶ τὸ Κιρκήσιον ὁ Περσῶν βασιλεὺς παραγίνεται, προσχωρήσας Μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορι, ὅπως τε διαπρεσβεύεται πρὸς αὐτόν. περὶ Βαράμ δὲ πάλιν, ὅπως τεχναζόμενος ὑπ' αὐτῶν ἀναρρηθῆναι βασιλεὺς καὶ μὴ τυχὼν ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε βασιλέα. ὅπως ὁ βασιλεὺς Χοσρόην ἐπὶ τὴν ἱερὰν πόλιν μετάγει, βασίλειον αὐτῷ θεραπείαν συστησάμενος. καὶ περὶ τῶν συγκυρησάντων Βαράμ καὶ Χοσρόῃ πρὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς συμμαχίας, καὶ ὡς διαπρεσβευσάμενος Βαράμ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Μαυρίκιον ἀποπέμπεται, διαπρεσβεύεται δὲ πάλιν Χοσρόης καὶ τυγχάνει. ὅπως ὁ βασιλεὺς τὸν τῆς Μελιτηνῆς ἱερέα ἅμα Γρηγορίῳ τῷ Ἀντιοχείας ἀρχιερεῖ πρὸς Χοσρόην ἐξέπεμψε. περὶ τῆς δολοφονίας Βαράμ, ἣν Ζαμέρδης καὶ Ζοανάμβης συνεσκευάσαντο, καὶ περὶ τοῦ φόνου τῶν εἰς τοῦτο συμπραξαμένων. περὶ Βινδόου τοῦ Πέρσου, καὶ ὅπως διαπετεύει Περσίδα, τῆς κατὰ Βαράμ ἐπιβουλῆς κοινωνὸς γεγονώς. ὅπως ἡ Μαρτυρόπολις ὑπὸ Χοσρόου ἀποδίδοται Ῥωμαίοις, καὶ περὶ τῆς τοῦ Σίττα διὰ πυρὸς ἀναιρέσεως, καὶ ἑορταστικὴ τοῦ ἐπισκόπου Μελιτηνῆς (Δομετιανὸς ὄνομα αὐτῷ) ἐπὶ τῇ ἀναλήψει τοῦ ἄστεος. ἐν οἷς καὶ ὁ τέταρτος λόγος.

5. Ὁ δὲ πέμπτος διέξεισιν ὅπως Χοσρόης ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἀπορίᾳ τὴν ψυχὴν κατατρυχόμενος ἐπρέσβευε τὸν ἐν μάρτυσι Σέργιον, ὃν καὶ τὰ λοιπὰ βάρβαρα πρεσβεύουσιν ἔθνη, λύσιν τῶν δυστυχημάτων εὑρεῖν· καὶ ὡς σταυρῷ χρυσῷ λιθοκολ-

nis corroboratur. Chosroes in fugam incumbens Circesium venit, ad Mauricium imperatorem scribit, ei se dedit. Varamus a Persis rex saltari artificio quodam elaborat: ea spe frustratus regem se ipse creat. Comentiolus iussu Mauricii Chosroen Hierapoli, obviam egressus, honorifice accipit, satellitium ei regium adiungit. acta inter Varamum et Chosroen, antequam is societatem cum Romanis iniret. Chosroae ad Mauricium efficax, Varami irrita legatio. imperator Domitianum Melitenae et Gregorium Antiochiae pontifices super Varamo per insidias mactando ad Chosroen legat; quem Zamerdes et Zoambres cum aliis adorientes, misere pereunt: Bindoes molitionis contra Varamum particeps effugit. Martyropolim Persae Romanis restituunt. Sittas proditor igni exuritur. Domitiani Melitenensis episcopi pro recepta urbe festa et gratulatoria conciuncula.

5. Chosroes Persarum rex animi anxius Sergium martyrem, caeteris quoque barbarorum nationibus sanctum ac venerabilem, precatur uti calamitatem ab se depellat: crucem auream gemmis distinctam eidem

λήτῳ ἐτίμησεν· ἐντεῦθέν τε Ζαδέσπρας διὰ Ῥοσᾶ δολοφονεῖται Βλησχάνους ὑποθήκαις, καὶ τἆλλα θυμήρη Χοσρόῃ συναντᾷ. περὶ τοῦ ἐκδανεισθέντος χρυσίου Χοσρόῃ τῷ Περσῶν βασιλεῖ ὑπὸ Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ ὡς χειρογραφεῖ Χοσρόης τὸ δάνεισμα. πρεσβεία τε Χοσρόου ἐφ' ᾧ ἀποστῆναι Κομεντίολον τῆς ἡγεμονίας, καὶ χειροτονία Ναρσοῦ ἀντὶ Κομεντιόλου, καὶ συμμαχία Ῥωμαίων κατὰ τοῦ τυράννου Βαρὰμ. καὶ περὶ τῶν βασιλικῶν δώρων τῶν σταλέντων Χοσρόῃ ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος· καὶ ὅπως τὰς κλεῖς τοῦ Δαρὰς ὁ Χοσρόης διὰ τοῦ πρέσβεως Δόλβζα παραδέδωκε τῷ βασιλεῖ. δημηγορία τοῦ Δομετιανοῦ Μελιτηνῆς, προτρέπουσα τὸ Ῥωμαϊκὸν συμμαχεῖν Χοσρόῃ κατὰ Βαράμ· καὶ περὶ τῶν συγκυρησάντων εὐτυχημάτων πρὸ τῆς συμπλοκῆς Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν Χοσρόῃ, καὶ ὅπως οἱ βασιλικοὶ θησαυροὶ τά τε Περσικὰ βασίλεια ἀποκαθίσταται Χοσρόῃ διὰ Βινδόου. ἕνωσις τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων Ἀρμενίας τε καὶ τῆς ἑῴας, καὶ μάχη κατὰ Βαράμ, καὶ νίκη Ῥωμαίων περιφανεστάτη· ἐν ᾗ μάχῃ Ναρσοῦ στρατηγοῦντος καὶ Τοῦρκοι συνελήφθησαν, οἳ ἐπὶ τῶν μετώπων τὸν τύπον ἔφερον τοῦ σταυροῦ, ὃ ἐπέθεντο, ὡς ἐκεῖνοι διηγοῦντο, εἰς ἀπαλλαγὴν τῆς πάλαι προσπεσούσης αὐτοῖς λοιμικῆς νόσου. τὰ κατὰ τὴν Γολινδοὺχ ἐν Περσίδι γεγονότα, καὶ οἷον ἐκείνη βίον ἀσκητικὸν ἠγωνίσατο. ἐπανάζευξίς τε Χοσρόου εἰς τὰ οἰκεῖα βασίλεια. καὶ περὶ τῶν σταλέντων δώρων παρὰ Χοσρόου Σεργίῳ τῷ μάρτυρι. πρεσβεία τε τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν ἅγιον, ὥστε ἐκ τῆς Σειρὲμ παιδοποιήσασθαι· Χριστιανὴ δὲ ἐτύγχανεν αὕτη. καὶ ἐπιτυχία τε

vovet. Zadesprates a Rosano Solchanis hortatu circumventus occiditur, aliaque praeterea Chosroae haud iniucunda eveniunt. pecuniam a Mauricio Imperatore mutuatus syngrapham dat. eius legatio super Comentiolo duce in ordinem redigendo, in cuius locum Narses sufficitur. Romanorum adversus Varamum tyrannum auxilia. Mauricii ad Chosroen dona regalia, qui per Dolabranum legatum claves Darae oppidi imperatori contradidit. Domitiani Melitenae antistitis ad Romanos de Chosroe contra Varami opes adiuvando praeclara oratio. ante Romanorum Persarumque dimicationem Chosroae oblata felicitas. thesauri regii et regnum eidem opera Bindoi restituuntur. Romanarum Armeniarum orientaliumque copiarum coniunctio, praelium cum Varamo, et Romanorum Narse imperatore victoria splendidissima. capti etiam Turcae in frontibus crucis figuram ferentes, quod quidem (ut narrabant) aliquando pro liberatione a grassante pestilentia signum adhuc pueris inusserant. res Golinduchae, quae in Perside vitam vixit asceticam. Chosroae in regiam reversio. dona a Chosroe Sergio martyri sacrata. ad eundem divum preces eiusdem pro suscipiendis ex Sira Christiana femina liberis.

τῆς αἰτήσεως, καὶ δώρων πολυτελῶν ἀποστολὴ παρ' αὐτοῦ εἰς τὸν νεὼν τοῦ μάρτυρος. ὅπως τε Χοσρόης τοὺς κεκοινωνηκότας τῇ τυραννίδι καὶ Βινδόην αὐτόν, ὡς κατὰ βασιλέως χεῖρας ἄραντα, θανάτῳ διώλεσε. περὶ τῶν προαγορευθέντων ὑπὸ Χοσρόου, καὶ ὡς στασιάσει τὰ Ῥωμαίων πράγματα τυράννοις δουλεύοντα. πρεσβεία τε Πρόβου τοῦ Χαλκηδόνος προέδρου, καὶ περὶ τῆς εἰκόνος τῆς Θεομήτορος, καὶ ὅσα κατὰ τὴν πρεσβείαν ἀπήντησεν. ἐκδημία τε τοῦ αὐτοκράτορος ἐπὶ τὴν τῆς Εὐρώπης ἀγχίαλον, καὶ περὶ τοῦ συναντήσαντος αὐτῷ ἐν ὑΐ φάσματος. ὅπως τε ὑπέστρεψεν εἰς τὰ βασίλεια ὁ αὐτοκράτωρ, πρεσβείας Περσικῆς ἐπιστάσης διὰ Ζαλαβζάν. ἐν οἷς καὶ ὁ πέμπτος λόγος.

6. Ὁ δὲ ἕκτος λόγος περιέχει ὅπως ἀπὸ τῆς πόλεως ἐξιόντι τῷ βασιλεῖ ἐνέσκηψε κλύδων θαλάττιος. ὅπως τε περὶ Ἡράκλειαν, ἐκεῖσε τοῦ βασιλέως διατρίβοντος, τέρας ἐγεννήθη, παιδίον μήτε χεῖρας μήτε ὄμματα ἔχον μήτε ὀφρῦς μήτε βλέφαρα, πρὸς δὲ τῷ ἰσχίῳ ἰχθύος οὐρὰ ἀπεκρέματο· καὶ ὅπως τὸ τέρας ἀνῄρητο. περὶ τῶν τριῶν Σκλαβηνῶν τῶν κιθάρας ἐπιφερομένων, οἳ ἐκ τῶν μερῶν τοῦ Ὠκεανοῦ ἐλέγοντο πρὸς τὸν Χαγάνον ἀπεστάλθαι· οἳ καὶ ἐνεφανίσθησαν Μαυρικίῳ τῷ βασιλεῖ. πρεσβεία τε Φράγκων πρὸς τὸν βασιλέα ἐφ' ᾧ συμμαχεῖν ἐπὶ δώροις, καὶ ἀποστροφὴ τῆς αἰτήσεως· Βόσσος καὶ Βέττος οἱ πρέσβεις, ὁ δὲ ἀποστείλας ὀνόματι Θεοδώριχος. περὶ τῆς ἀγέλης τῶν ἐλάφων, καὶ ὅπως ἡ μείζων βάλλεται καὶ εἰς λόχμην τινὰ φεύγει, καὶ ὡς ἐπιδιώκεται ὑπό τινος τῶν δορυφόρων καὶ ἑτέρου τινὸς

voti compos, rursum donaria sumptuosa ad eius aedem mittit. tyrannidis conscios, atque adeo ipsum Bindoem, ut adversus regem nefaria molitum, vita expellit. eius de Romana republica ex dissidio tyrannis servitura praedictio. Probi Chalcedonensis episcopi legatio, et de imagine dei matris, quomodoque legatio illa evenerit. profectio imperatoris ad Anchialum Europae. de occursante ipsi in sue portento. quo pacto reversus est domum imperator legatione Persica perfecta per Zalambanum.

6. Haec autem libro sexto insunt: uti exeuntem ex urbe Augustum marina tempestas exceperit, utque ad Heracleam, dum ibi commoratur, monstrosus partus natus infans, manibus et oculis carens, ad haec et supercilliis ac palpebris, ad femur piscis cauda appendente; et quomodo sublatum hoc monstrum. de tribus illis Sclavis citharas importantibus, qui ex Oceani partibus ad Chaganum missi ferebantur, et a Mauricio imperatore spectati sunt. legatio item Francorum ad Caesarem, qua stipendio se illi militaturos polliciti repulsam tulerunt. Bossus et Bettus legationem hanc a Theodoricho missi obibant. de grege cervorum, utque ingens quidam telo ictus in silvam se contulerit; insequente vero

C 4. Ἐπεὶ δ' αἱ τοῦ Περσικοῦ φάλαγγες τοῖς Ῥωμαϊκοῖς λόφοις προσέμιξαν, Βιτάλιος ὁ ταξίαρχος τὴν ἀντίθετον θᾶττον διέλυσε δύναμιν, προκύψας τῶν ἄλλων θρασύτερον τάξεων. ἀτὰρ μέγιστον φόνον εἰργάσατο, τήν τε Περσικὴν ἀποσκευὴν ἐχειρώσατο, ἣν σύνηθες Ῥωμαίοις τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ τοῦλδον ἀποκαλεῖν. οὕτω μέντοι τὸ νενικηκὸς περὶ τὴν λείαν ἠσχόλητο. ὁ δὲ στρατηγὸς διηπορεῖτό τε καὶ ἐχαλέπαινε ταῦτα δὴ τὰ τῆς ἀκοσμίας θεώμενος. καὶ οὖν ἔμφρονα βουλὴν ἐσχεδίασε, καὶ

D τὸ κράνος (ἐπίσημον δ' ἄρα τοῦτο ἦν καὶ κατάδηλον) τῆς ἑαυτοῦ κορυφῆς ἀπεκδὺς Θεωδώρῳ τῷ Ἰλιβινῷ περιτίθεικε· δορυφόρος δ' οὗτος τοῦ στρατηγοῦ. εἶτα προστάττει τῷ ξίφει παῖσαι τοὺς ἐμπορευομένους τὰ λάφυρα. ὃ δὴ καὶ γεγονὸς ἐς τὰ μάλιστα ὤνησε τὴν παράταξιν. οἱ δὲ ὑπονοήσαντες τὸν στρατηγὸν περινοστεῖν καὶ λωποδυτοῦντας αὐτοὺς ἐπανορθοῦσθαι τοῦ

12. λόχοις?

felicitatem multis modis superat et obscurat." his ducem permovent uti paulisper stationem mutet. campus certaminis Solachon a quodam oppidulo propinquo dictus est. ea inde ab atavis patria fuit Theodori, quem Byzantii Zetonumium appellabant, qui et magisteriam (dignitatis apud Romanos nomen est) gessit. inde genus duxit etiam Salomon eunuchus et auriga Iustiniani Augusti, qui et Carthaginense bellum in Libya procuravit, de quibus Procopius in historia mentionem fecit.

4. Postquam phalanges Persicae cum Romanis pedem contulerunt, Vitalis centurio manum adversariam celeriter dissipavit, quod audacius in hostes incumberet. sed et stragem maximam edidit, illorumque spolia (tuldum Romani vocare consueverunt) legit. victoribus praeda diripienda sic occupatis, dux ea confusione conspecta succensere, et quid ageret anxius cum animo suo trahere, cum prudens consilium reperit ex tempore. nam capiti suo detractam galeam, illustrem illam et conspicuam, Theodoro Ilibino satelliti suo imponit, mandatque spolia ferentibus gladio, qua latus est, ictus incutere, quod ad aciem restituendam plurimum profuit. suspicatus enim miles ducem ipsum circumire et spo-

σφάλματος, παρὰ τὴν μάχην τὴν φροντίδα μετέθεντο, καὶ τῶν πολεμικῶν μετελάμβανον πόνων. τὸ δ' ἀντίπαλον διασπασθὲν ἐς τὴν μέσην τῶν Περσῶν διεσώζετο χώραν, οὗ ἦν ὁ Καρδαριγὰν τὴν ἐπιστασίαν ποιούμενος. βαθυτέρου γοῦν τοῦ μέσου κέρατος τῶν Περσῶν γεγονότος διὰ τὴν ἐπιπρόσθησιν τοῦ ἀποδράντος εὐωνύμου κέρατος, χαλεπῶς ἂν εἶχε διενεγκεῖν ἡ Ῥωμαίων ἀντίπαλος δύναμις, εἰ μὴ τῶν ἵππων ἀποβάντες αὐτῶν κατασυστάδην τὰς συμπλοκὰς ἐποιήσαντο. αἱ μὲν οὖν μεσαίταται φάλαγγες ἐξήρκουν μαχόμεναι, καὶ ὁ πόλεμος αὐταῖς ἐμηκύνετο, ὡς συμβαίνειν ἐπὶ τῶν λειψάνων ἑστάναι τὸ παρατατόμενον, τῆς ἐπιφανείας τῆς γῆς περικαλυπτομένης διὰ τὴν ἐπιπολάζουσαν τῶν τεθνεώτων συνέχειαν. ὡς δὲ τὸ κακὸν ἀτελεύτητον ἦν, θεία τις διάνοια κατεδιαίτησε τοῦ ἀλλοφύλου, ἑτεραλκέα ποιουμένη τὴν μάχην. καὶ φωνὴ περιίπταται Ῥωμαίοις μεγάλῳ τῷ ἀπηχήματι ἐγκελευομένη τὴν ἵππον κεντεῖν τὴν πολέμιον. πείθονται τοιγαροῦν Ῥωμαῖοι τούτῳ δὴ τῷ προστάγματι, καὶ κρατοῦσι τῆς ἀντιμετώπου δυνάμεως. τὴν δὲ φωνὴν ἀπὸ Στεφάνου τοῦ λογαγοῦ προελθεῖν τὸ Ῥωμαϊκὸν ὑπενόησε· καὶ μετὰ τὸν πόλεμον ἐπυνθάνοντο Ῥωμαῖοι εἰ προβολεὺς αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Στέφανος ἐτύγχανεν ὢν τοῦ στρατηγήματος. ὁ δ' ἀπηνήνατο, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμεῖται, μηδέ ποτε τοιαύτης ἐπιβολῆς τὸ σόφισμα προενέγκασθαι· οὐ γὰρ ἐντεῦθεν ἤθελε θηρᾶσθαι τὴν εὔκλειαν καὶ θεῖά τινα μελετήματα εἰς οἰκείαν παραμορφῶσαι ἀγχίνοιαν. ὁ δὲ τρίτος λόφος ὁ Ῥωμαίων, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν ὁ εὐώ-

P 36

B

lis detrahendis intentos tali ratione corrigere, ad pugnam persequendam curam transferebat et ad operam militarem sese dabat. porro hostes dissipati in interiora Persidis incolumes profugere, ubi Cardarigas praefectum agebat. medio iam Persarum agmine densiore propter accessionem a cornu dextro, quod sinistri fugam compensabat, difficile erat Romanis superiores partes ferre, nisi ab equis descendentes stataria pugna confligerent. phalanges itaque mediae concurrebant acriter, et praelium eo usque producebant dum ad paucos devenirent, propter caesorum corporum continuatam multitudinem cooperta terrae superficie. cum finis nullus se ostenderet, divina quaedam sententia pro arbitrio se interponens alienis certamen adversum reddidit. clarissimo quippe cum sonitu vox Romanos circumvolans hostium equos lanceis fodere iubet. qui mandato obtemperantes, copias a fronte oppositas debellant; suspicatique a Stephano manipulario vocem istam extitisse, secundum conflictum eum interrogant, ipsene huius strategematis auctor fuerit. negat, additoque sacramento nunquam se huiuscemodi impressionis commentum protulisse confirmat: non enim hinc aucupari gloriam, divinitusque meditata sollertiae suae, quasi forma eorum commutata, tribuere sustinebat. tertia vero sive sinistra Romanorum acies adversum sibi hostium cornu permi-

C νμος, τὴν ἐναντίαν κεραίαν συνέχει, καὶ τὸ σωζόμενον ἐμβριθῶς ἐδιώκετο ἄχρι τοῦ Δάρας, δυοκαίδεκα σημεῖα τοῦ χώρου ἀπηρτισμένου τῆς παρατάξεως. τοίνυν οὕτω λαμπρῶν τῶν Ῥω-
V 159 μαϊκῶν γινομένων τροπαίων, ἐγνωσμύχει τὸ βάρβαρον καὶ πρὸς φυγὴν μετετίθετο. τὸ δ' ἀποδρὰν τῆς μέσης μοίρας τῆς Περ- 5
σικῆς ἅμα τῷ σφῶν αὐτῶν στρατηγῷ ἔν τινι βουνῷ ἀποκλίνει τὸν κίνδυνον. ἐπεὶ δὲ τὸ Ῥωμαϊκὸν ἠκηκόει ἐν τῷ βουνῷ τινὰς τῶν πολεμίων τεθηπέναι τε καὶ τὸ κεκρατηκὸς ὑποστέλλεσθαι, διαστεφανοῖ εὐθὺς τὸ ἐχύρωμα, καὶ αὐτομολέμιον ἐγκελεύεται. οἱ
D δ' ἐς θανάτου καὶ ἐς ἀπονοίας ὀφρὺν ἀπεσοβαρεύοντο. οὐκοῦν 10
οἱ Ῥωμαῖοι περιφρονοῦσιν αὐτούς· οὐ γὰρ ἐγνώκεισαν τὸν Καρδαριγὰν ἐν τῷ βουνῷ ἀνερπύσαντα ἰσχυρῶς τε παρευλαβεῖσθαι τὸν κίνδυνον. ὁ μὲν οὖν Καρδαριγὰν ἀπόσιτος ὢν ὑπό τε τοῦ λιμοῦ πιεζόμενος ἐνεκαρτέρει ἐν τῷ βουνῷ τρίτην καὶ τετάρτην ἡμέραν· ἐν τηλικούτῳ γὰρ δέει διέθετο τὸν τοῦ Περσικοῦ στρα- 15
τίαρχον ὁ ἀδόκιμος κίνδυνος. φοβεραὶ γὰρ αἱ μεταβολαὶ παρὰ τὰς ἐλπίδας συρρεύσασαι· μετὰ γὰρ τῶν πραγμάτων καὶ τὰς
P 37 γνώμας ἀμείβουσιν. (5) ὡς δὲ παρὰ τὸν στρατηγὸν ἐπανέζευξαν, ὑπεύθυνος μεγίστου ἐγκλήματος ὁ Στέφανος ἦν, ὅτι μὴ παρεστήσατο τὸ λειπόμενον. ὁ δ' ἡγεμονικωτάτῃ ἀπολογίᾳ τὰς 20
μέμψεις τοῦ στρατηγοῦ διεκρούσατο, φήσας "οἶδα καὶ μέτρα νίκης τιμᾶν καὶ τὴν ἀκρώρειαν δεδιέναι τῆς τύχης· μισοπόνηρον γὰρ ἔχει τὴν πλάστιγγα, καὶ φέρειν οὐκ οἶδεν εὐπραγίαν βρενθυομένην πέρα τοῦ δέοντος." οὕτω μὲν οὖν οἱ Πέρσαι σχολαίαν

scebat; et quod restabat militum, ei usque Daram, qui locus ab acie duodecim passuum millibus aberat, gnaviter instabat. tam magnifica Romanorum tropaea barbari cernentes imbecillitatem suam virtutemque hostium agnoscunt, et ad fugam etiam ipsi se intendunt, ad collemque in interiore Perside periculi declinandi cum duce suo confugiunt. Romani audientes hostium quosdam collem attonitos victoremque metuentes insidere, statim locum cingunt, hostes uti se dedant hortantur. illi cum contemptu mortis et vesana confidentia supercilium insolenter ac superbe tollunt. Romani eos despiciunt: nec enim Cardariganum seria periculi fuga collem ascendisse cognoverant; in quo cum inopia commeatus et dira fames tertium iam et quartum diem perseverabat: tantum in timorem Persarum ducem discrimen improvisum coniecerat. mutationes enim inopinatae terrent animum, quando cum rebus ipsas quoque cogitationes et consilia invertunt. (5) Stephanus ad ducem rediens in crimen maximum ab eo vocatur, quod reliquias illas non delevisset; quam incusationem defensione duce militari dignissima depellit: scire se modum in victoria revereri, in fastigio fortunae formidinem praestare. eius lancem odisse improbos, felicitatemque plus aequo superbientem ferre non posse. ita Persae lente quieteque descendendi copiam nacti de colle

εὑρηκότες τὴν κάθοδον τῶν παρυψήλων καθείρπυσαν. ἐπεὶ δὲ τοῦ λόφου κατέδυσαν, συμπαρομαρτοῦσι Ῥωμαίοις ἐπανιοῦσι B καὶ συναθροιζομένοις ἀνὰ τὸν χάρακα. οὐκοῦν ἀναιροῦνται πολλοί, ἥλωσαν δὲ πλείους ἢ χίλιοι, οἳ καὶ ἐς Βυζάντιον παραπέμπονται.

Ὁ δὲ Καρδαριγὰν πρὸ τῆς ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐπιβολῆς τοὺς δερματίνους ἐκείνων ἀμφορεῖς διαρρήξασθαι τῷ Περσικῷ ἐγκελεύεται, φιλοκινδυνότερον ἐς θράσος ἐντεῦθεν τὸ Μηδικὸν ἐργαζόμενος, τοῦτο δὴ τοῖς σφοῖσι παραδηλῶν, ὡς εἰ μὴ μεγάλων κινδύνων ἐφάψοιντο, ἀπόλωλε τούτοις ἡ ὕδρευσις, τοῦ Ῥωμαϊκοῦ τὸν ποταμὸν τοῦ Ἀρζαμιὼν περικαθημένου καὶ διαφρουροῦντος τὸ ῥεῖθρον φιλοπονώτερον. οὔκουν δ' αὐτῷ ἐς ἀγαθὸν περιέστη τὸ θράσος. ἀμαθὲς γὰρ τῷ κύβῳ τῆς τύχης πιστεύσαντα ταῖς ἀκρωρείαις τῶν κινδύνων καταθαρρεῖν, καὶ τὰς ἀγαθὰς ἐκβάσεις ἐκ τῶν προϋπαρξάντων σφαλμάτων ἀπερανίζεσθαι. ἀφιλοσόφου γὰρ ὑπούσης ἀρχῆς, οἰκείαν τοῖς προϋφεστῶσι καὶ τὰ συμπεράσματα ἕξει τὴν πρόοδον. τοῦτό τοι καὶ πολλοὺς τοῦ Μηδικοῦ μετὰ τὴν ἧτταν διέφθειρε· φρέασι γὰρ περιπεσόντες τινὲς τοῦ Περσικοῦ λαφύττουσιν ἀπληστότερον, καὶ ἐς μέγα κακοῦ ἀποκλίνουσι, τῆς κοιλίας αὐτοῖς τῇ ἀθρόᾳ τοῦ ὕδατος ἐμβολῇ διενεγκεῖν οὐκ ἐχούσης τοῦ ἐπιφορτισθέντος ὕδατος τὴν ἀντίληψιν. D

Ὁ δὲ Καρδαριγὰν εἰς τὰ περὶ τὸ Δάρας ἀφικόμενος τὴν ἐς τὸ ἄστυ παρεκινδύνευεν εἴσοδον. οἱ γὰρ αὐτοί, ἤτοι οἱ περιφρουροῦντες Πέρσαι τὸ πόλισμα ἀναπετάσαι ἀπέλεγον τοῖς Μή-

2. ἐκανίσασι IP. 9. σφισὶ IP.

degrediuntur. degressi redeunt et Romanos ad castra sequuntur: multi interficiuntur, supra mille capti Byzantium mittuntur.

Cardarigas suos subeundo periculo animosiores facere cupiens, ante congressum utres illorum dirumpi iubet, innuens nimirum, nisi praesenti se discrimini obiectarent, ubi aquarentur, non habituros, cum Romani fluvium Arzamonem obsiderent cautiusque custodirent. sed ei audacia haec male vertit: est enim magnae imperitiae fortunae confisum aleae adversus extrema pericula spiritus sumere, et secundos eventus erratis praecedentibus emendicare. nam quia insipienter incipitur, ultima principiorum similia efficiuntur. atque ista ratio multos de Persis etiam victos perdidit. etenim cum in quosdam fontes incidissent et insatiabiliter latices hausissent, malum non mediocre invenerunt, quod ventres tantam aquae ingurgitatae vim et onus ferre non poterant.

Cardariganus in agrum Darae deveniens audacius introitum in urbem tentare: ipsimet enim Persae videlicet, urbis praesidiarii, popularibus suis portas reserare abnuebant: nam lege Persica fugientes et igna-

δοις τὰς πύλας· μὴ γὰρ οὖν εἰσοικίσασθαι τοὺς ῥιψάσπιδας Περσικὸν νόμον ἀνέχεσθαι. ἐπεὶ δὲ τὸν Καρδαριγὰν ἐβλασφήμουν καὶ ταῖς ὕβρεσι τῇ συμφορᾷ συνεπετίθεντο, πείθουσιν ἐς τὰ οἴκοι χωρεῖν, αἰσχίστοις αὐτὸν παραπέμψαντες λόγοις.

Ἡμέρας δὲ κλινούσης ἐξαπιναίως ἐπιδημία θορύβων τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατοπέδῳ ἐγγίνεται, καὶ φήμη διέρρευσε δύναμιν τὸ Περσικὸν περιβάλλεσθαι ἐπίθετον, καὶ ὅσον οὔπω ἐπιβήσεσθαι μέλλειν τοῦ χάρακος. οὐκοῦν ὁ Ἡράκλειος ὁ Ἡρακλείου πατὴρ
V 160 τοῦ αὐτοκράτορος καὶ ἕτερος τῶν ἡγεμόνων ἱππάζοντό τε, καὶ
P 38 σιδήρῳ φραξάμενοι ὁρμῇ ἀκατασχέτως περιεπόλουν, τὸ βαρβαρικὸν ἀνιχνεύοντες. καὶ ἀνὰ τὸν βουνὸν ἀφικνοῦνται, ἐν ᾧ οἱ περὶ τὸν Καρδαριγὰν ἔναγχος ἀποδράντες ἐνηυλίζοντο. καὶ οὖν ἄττουσι πρὸς τὰ ὑψηλά, καὶ περισκοποῦσιν ἔκ τινος μεγίστης περιωπῆς, καὶ τὸ πολέμιον ἦν ἀφανές. ἐπεὶ τοίνυν εἰς τὸ τρανὲς τὴν εὕρεσιν ἐποιήσαντο καὶ φενάκη τις ἐν τῇ ἐπισκοπῇ οὐκ ἂν
B ἦν, ἀνὰ τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐπανάγονται. (6) ἐν δέ τινι μοίρᾳ τῆς ἀτραποῦ δυσθανατῶντα στρατιώτην Ῥωμαῖον περιεβλέψαντο, τέτρασι βολαῖς τὸ σῶμα κοσμούμενον. εἰς μὲν γὰρ τὴν ὑπερῴαν χελύνην Μηδικὸς ὀϊστὸς ἐς βάθος εἰσδὺς ἀνὰ τὸ κράνος ἐρρίζωτο, ἕτερος δ' αὖ ἐπὶ θάτερον χεῖλος ἔνερθεν εἰσφρήσας ἀντιθέτως πως ἀνετείνετο, ὡς κατά τινας διαμέτρους κεραίας κεχῶσθαι τὴν γλῶτταν ταῖς ἀντιτύποις συμβολαῖς τῶν ἀκίδων, κἀντεῦθεν μὴ δύνασθαι τὸν ἀριστέα μύσαι τὰ χείλη. περιεφέρετο δὲ καὶ δόρατος εἰσπομπὴν ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου βραχίονος, ἐπί τε τῇ λαπάρῃ ἑτέραν βολὴν Μηδικοῦ ἀκοντίου. αὕτη τοι καὶ τῆς ἀρετῆς

vos non recipi. postquam illi convicia dixerunt eiusque calamitatem verborum contumeliis cumularunt, cum probrosis eum sermonibus dimittentes domum abire perpulerunt.

Vespere appetente tumultus repente in castris excitatur, manatque rumor Persis venisse auxilium, et iamiam castra invasuros. itaque Heraclius Heraclii pater et alius e ducibus, expediti in equis ferroque armati, incredibili ardore barbaros exploratum circumeunt, et ad collem usque perveniunt, in quo Cardarigas paulo ante cum fugientibus consederat. celeriter in summum evadunt, e maxima quadam specula prospectum circumquaque petunt, hostes nusquam cernunt. cum rem ad liquidum candide indagassent, ad castra sua revertuntur. (6) iam vero alicubi in via militem Romanum cum morte luctantem offendunt, quadruplici plaga corpus saucium, immo ornatum potius. superius quippe labrum sagitta Persica per galeam penetrarat, fixaque haerebat. alia per inferius labrum infernc missa pene recta linea priori sursum respondebat, ut contrariis cuspidibus lingua ceu diametri punctis intercepta extaret et hinc vir fortissimus os claudere nequiret. hastam item in laevo brachio et iaculum in latere defixum habebat. atque hoc vulnus eius virtuti epi-

αὐτῷ τὸ ἐπιτάφιον ἦν. οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Ἡράκλειον τῷ γεν- C
ναίῳ περιῤῥιόμενον τὸν ἀριστέα θεώμενοι αἵματι, ἀγάμενοι τῆς
εὐψυχίας, ἐποχοῦσι τῷ ἵππῳ καὶ ὡς τὸν χάρακα διεκόμισαν.
εἶτά οἱ ἐφέλκονται τὰ μὲν ἄλλα βέλη τὰ ἐμπεπηγότα τῷ σώματι
καὶ παρεξάγουσι, τὸ δ' ἀνὰ τὴν πλευρὰν ἐξελέσθαι οὐκ εἶχον·
διεψιθύριζον γὰρ ὡς ἑαυτοὺς οἱ ταῦτα δὴ τὰ Χείρωνος καὶ Μα-
χάονος τεχνώμενοι μελετήματα, ὡς συνεκδημήσει αὐτῷ καὶ ἡ
ψυχὴ τῇ τοῦ βέλους ἐξόδῳ. ὁ δὲ Μακεδὼν ἐκεῖνος ἢ Λεωνίδας
τὸ φρόνημα ἢ Καλλίμαχος ἢ Κυνέγειρος, ἀρκέσει δὲ τὸ Ῥωμαῖον D
ἀποκαλεῖν, ὡς τῶν λόγων τῶν ἰατρῶν ὑπῆσθάνετο, ἤρετο εἰ τὸ
Ῥωμαϊκὸν εἴη νενικηκός. ὡς δ' οἱ περιεστῶτες αὐτὸν κατέφα-
σκον καὶ ἄρασθαι Λατίνους τρόπαιον ἔλεξαν, ἐβασάνιζεν ὅρκοις
τὰ ῥήματα. ἐπεὶ δὲ Ῥωμαίους ὄντως ἐπέπυστο τὴν κούφην κατὰ
τῶν πόλεμον ἀπενέγκασθαι πλάστιγγα, Πέρσας δὲ τὴν ἐναντίαν
ῥοπήν, τῷ βάρει τῆς ἥττης καθελκομένους πρὸς πτώματα, ἀνα-
σκιρτήσας τῷ ἄσθματι, μέγα τι παραμύθιον καὶ τῆς ἀλγηδόνος
θελκτήριον ὑπῆν αὐτῷ τὸ λεγόμενον, καὶ τὸ τεθνάναι λοιπὸν
ἐκαραδόκει, καὶ τῷ νεύματι τοὺς ὁρῶντας ὥσπερ ὑπέσαινεν ὑπεξ-
άγειν ἀφειδῶς ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τὸν Μηδικὸν ἐκεῖνον καὶ διαβόη- P 89
τον δόναξ· οὐ γὰρ εὑρήσειν τοιοῦτό τι ἄλλο ἐφόδιον ἀγαθὸν
ἀποφέρεσθαι τὸν ὑπὸ σελήνην τοῦτον κόσμον ὑπέρχόμενον. τὸν
δὲ ἀριστέα φασὶ τοῦ καταλόγου γεγονέναι τῶν Κουαρτοπάρθων,
οὕτω τὴν προσηγορίαν ἐπιφερομένων τῶν ἐν Βεροίᾳ τῇ πόλει Συ-

taphium fuit. igitur Heraclius et comites sanguine generoso undique manantem praeclarum illum bellatorem aspicientes, eius animi excellentiam admirati, in equum imponunt et ad castra pervehunt. deinde alii caetera quidem tela e corpore trahendo educunt: sed quod in latus contortum erat, educere formidabant, invicemque susurrabant qui Chironis et Machaonis inventa exercebant, cum sagitta simul animam exituram. at Macedo ille (immo Leonidas magnanimitate aut Callimachus aut Cynaegirus: sed satis illi ad gloriam erit, si Romanum nominemus) ut verba illorum subanimadvertit, percunctatus est an penes Romanos victoria staret. quod ubi circumstantes affirmarunt et Latinos erexisse tropaeum dixerunt, rei confirmandae iuramentum petivit. ergo ut Romanos lancem levem re vera, Persas autem lancem devergentem (ex eo quod victi sint, quasi quodam pondere detractos ad cadavera) in praelio reportasse intellexit, ipsa respiratione ingentem animi exultationem declaravit, et quod dicebatur, dolorem eius lenivit; ac de caetero horam sibi novissimam exspectans, nutu praesentibus blandiebatur quodammodo, ne illam Persicam et inclitam arundinem e latere sibi extrahere parcerent: non enim aliud aeque bonum viaticum sub sole se reperturum, quod excessurus ex hac vita secum auferre posset. hunc strenuum virum ex albo Quartoparthanorum fuisse narrant; quo nomine appellati

ρίας τὰς διατριβὰς ποιουμένων. ἐπεὶ δὲ τὸ βέλος τὸ ἐπιθανάτιον τῆς πλευρᾶς ὑπεξήγετο, συνεξορμᾷ ἡ μεγάλη ἐκείνη καὶ γεννικωτάτη τοῦ ἀριστέως ψυχή, εἴπω ἀνὰ τὸ Ἠλύσιον ποιητικῶς ἐπειγομένη ἀφικέσθαι χωρίον; ἀλλ' αἰσχύνομαι μύθῳ προπηλακίζειν τὸ τῶν θριάμβων ἄξίωμα.

B Ὁ δὲ στρατηγὸς τῇ ἐπιούσῃ ἐξέτασιν τοῦ ὁπλιτικοῦ ἐπεποίητο, καὶ δώροις τοὺς τραυματίας ἐφιλοφρονήσατο, καὶ χρύσεος κόσμος ἀργύρεός τε ἄρα τῆς ψυχῆς ἀντίδοσις ἦν. καὶ τῷ μέτρῳ τῶν κινδύνων τὴν ἀμοιβὴν ἐταλάντευεν· τοῖς μὲν γὰρ ἄξια ἆθλον εὐτολμίας ἐγίνετο, ἄλλῳ Πέρσης ἵππος καλὸς μὲν ἐς θέαν ἀγαθὸς δὲ πρὸς πόλεμον, ἄλλῳ κράνος ἀργύρεον καὶ φαρέτρα, ἑτέρῳ ἀσπὶς καὶ θώραξ καὶ δόρατα. καὶ τοσούτων ἐκληρονόμουν Ῥωμαῖοι κτημάτων ὑπόσων σωμάτων ὁ πόλεμος. μεσούσης δ'
V 161 ἡμέρας διέλυσεν ὁ στρατηγὸς τὴν ἔκταξιν, εἴς τε τὰς πύλεις καὶ τὰ παρακείμενα φρούρια τὸ τετρωμένον ἐξέπεμπεν, ὅπως ἀκέ-
C σοιτο καὶ ἠπίοις τισὶ μαγγανεύμασιν, ἔργοις Ἀσκληπιοῦ, τὰς τῶν τραυμάτων ἀκμὰς κατευνάσοιτο. αὐτὸς δὲ τὸ λοιπὸν ἀναλαβὼν τῆς δυνάμεως ἐσβάλλει ἐς τὰ τῶν Μήδων. καὶ ὅσα τῶν Περσικῶν προμηθείας ἐχήρευεν, ἔπασχε κακῶς. καὶ ἀνανταγώνιστος ἦν ἡ Ῥωμαίων ὁρμὴ καὶ δυσάντητος τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

7. Ὁ μὲν οὖν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπὶ τῇ Ἀρζανηνῇ χώρᾳ
D οἷά τις λαῖλαψ ἐπιθαλάττιος ἢ ῥαγδαῖος σκηπτὸς ἐνεφοίτησε, καὶ τὴν Περσῶν πολιτείαν ἀργαλεώτερον διεχρήσατο. οἱ δὲ τῆς Ἀρζανηνῆς οἰκήτορες ὑπὸ τὰ τῆς γῆς διακενώματα κατεδύοντο·

sunt qui apud Beroeam Syriae morabantur. ubi telum mortiferum e latere extractum est, anima illa magna et generosissima viri fortissimi simul erupit, ad campos Elysios, ut poetae loquuntur, properans devenire. sed eius triumphi claritatem pudor est fabulis elevare.

Dux postridie de militibus quaesivit, et vulneratos donativis humaniter est prosecutus, animique non imbellis aureus et argenteus ornatus quoddam pretium erat, et periculorum modo praemia respondebant. huic collata dignitas animositatis merces erat; illi equus Persicus aspectu elegans et bello idoneus, alii galea argentea et pharetra, alteri scutum cum thorace et hastis. ad summam nemo ex Romanis indonatus abibat. ad meridiem dux solutis ordinibus saucios in oppida et castella circumiecta misit, ubi lenibus quibusdam medicamentis arte medica eorum vulnera confota sanarentur: ipse cum reliquo copiarum in Persidem irrumpens, quaecunque nullo erant munita praesidio, infesta habebat; et perrumpebat omnia Romanorum impetus, nec eorum vim obvii sustinere poterant.

7. Ergo dux Romanus in regionem Arzanenam haud secus quam turbo marinus aut violento impetu vibratum in terras fulmen sese inferre, et Persidem atrocius incursare. indigenae terrae cava subire: nam ut

ἔχειν γὰρ ἐκείνους ἐς βάθος δίκην τινῶν ἀντρωδῶν οἰκοδομημάτων κατασκευὰς λόγος ἐς ἡμᾶς ἐνεδήμησε. τοιγαροῦν ἀνὰ ταύτας δὴ τὰς ὑπογείους καταγωγὰς ἡ σωτηρία τέως σφίσιν αὐτοῖς ἀπεθησαυρίζετο. μὲν οὖν γε καὶ ἄρτους καὶ μάζας ἐν τοῖς κοιλώμασιν ἐταμιεύοντο, φυλακῆς ἐν καλῷ εἶναι ταῦτα διανοούμενοι. μετ' οὐ πολὺ δὲ κατάφωροι Ῥωμαίοις ἐγίνοντο, πρός τι βραχὺ τὴν αἴσθησιν παρακλέψαντες, τῶν ἁλωκότων τὰ ὑπὸ γῆν ἐξεπόντων μυστήρια καὶ ἐπιδειξαμένων εἰς τὸ ἐναργὲς τὸ ἀπόρρητον. καὶ οὖν ἤχοις ἀπεπειρῶντο Ῥωμαῖοι τῶν ὑπὸ γῆν ἐμφωλευόντων, καὶ ἦν αὐτοῖς ἡ διὰ τῶν ἀπηχημάτων ἀπόπειρα ἄγγελος ἀψευδής, τὰ τῶν λαγόνων τῆς γῆς διηγούμενος ὄργια. καὶ μέντοι ἀνήγοντο οἱ τῆς Ἀρζανηνῆς ὥσπερ ἐκ τῶν πυθμένων αὐτῶν τῆς συμμύστιδος γῆς ἐπὶ δούλιον ἦμαρ, ἵνα τὴν ἐκείνων τραγῳδίαν τραγικώτερον ἀφηγήσωμαι. P 40

Ἀλλ' ὅτε Ῥωμαῖοι ἀπεπόνουν ἐρεβοδιφῶντες τὰ ὑποχθόνια, καὶ τὴν ἐχθίστην τύχην οὐκ ἀπέδρα τὸ βάρβαρον, στρατοπεδεύουσι λοιπὸν ἀμφὶ τὸ φρούριον τὸ Χλομαρῶν. τῇ δ' ἐπιούσῃ ἄνδρες αὐτοματίζουσι δύο ἀδελφοὶ τὸ γένος, ἀδελφοὶ τὴν προαίρεσιν. καὶ τῷ μὲν ἐνὶ ὄνομα Μαρουθᾶς, τῷ δ' ἑτέρῳ Ἰώβιος· B ἄμφω δὲ ἦστην ἡγεμόνε τῆς Ἀρζανηνῆς. ἐπεὶ δ' ηὐτομόλησαν καὶ τῆς τοῦ στρατηγοῦ μεθ' ἱλαρίας θέας ἠξίωντο, τὰ τῆς εὐνοίας λοιπὸν ἦν αὐτοῖς περισπούδαστα. τοίνυν ἐπεὶ ἐν τοῖς πολλοῖς τῆς πράξεως ὁ λόγος ἐστὶ πρεσβύτερος, εὐγνώμοσι πρώτον τισιν ὁμιλήμασι τὸν στρατηγὸν ὥσπερ ὑπέσαινον, καὶ ταῦτα δὴ

fama accepimus, domicilia in formam antrorum subter humum extructa habent. proinde tunc in huiuscemodi subterraneis diversoriis illorum salus thesauri instar erat recondita. quinimmo panes quoque et placentas in cubilibus illis reponebant, arbitrantes ea custodia commode asservari. non diu post, ubi se paulum Romanis quasi suffurati fuerant, captivis quae clam sub terra fierent enuntiantibus et secreta in apertum proferentibus deprehenduntur. latentes porro soni repercussu investigabant ea experientia, ut minime fallax nuntia, quae in visceribus terrae arcana patrarentur, indicabat. verumenimvero Arzaneni inde velut ex imo terrae symmystidis suae ad servilem diem, ut illorum tragoedium magis tragice declarem, educebantur.

Romani ubi subterraneas pervestigare tenebras desierunt, fortunaeque barbarorum in summam miseriam transierunt, deinceps ad Chlomarum castellum oppugnandum discesserunt. die altero duo, fratres genere, fratres animo et voluntate, quorum uni Maruthae alteri Iobio parentes nomen dixerant, et ambo Arzanenae duces militares, sponte ad Romanos transitionem faciunt. hilari ducis aspectu dignati, omnem de caetero curam adhibuerunt ut ei benevolentiam suam nava-

ἐκεῖνα τὰ τῆς εὐνοίας ῥήματα ἦν "εἰ βούλοιο, στρατηγέ, Ῥωμαίοις τὴν Ἀρζανηνὴν ἐπικτήσασθαι, χώρους τινὰς ἡμεῖς ἐπιδεί-
C ξομεν οὐχ ἥκιστα ἀσύλους. ἐκεῖ διὰ τὸ ἔρκος τοῦ ἐχυρώματος δείμασθαι φρούρια ὃ τῆς εὐβουλίας ἐγκελεύεται τρόπος." τοιαῦτα ἦν τὰ πρῶτα τῆς τῶν βαρβάρων πρὸς τὸν στρατηγὸν διαλέ-
ξεως. οὐκ ἄπο δὲ καὶ τῆς τοῦ ἡγεμόνος διανοίας τὰ ῥήματα· ἐγλίχετο γὰρ ὁ τὸ Ῥωμαϊκὸν ἰθύνων στρατόπεδον τοιούτων δή τινων ἐπιτεύξασθαι χώρων· τέως δὲ διὰ τὴν ἀπορίαν τῇ τῆς γνώσεως ἀναβολῇ τὴν ἐπιβολὴν ἐβιάζετο. ὑπηνίκα γοῦν ὁ στρατηγὸς τῶν τοιούτων ἀκροαμάτων μετείληφεν, ὥσπερ ἔρμαιῳ τινὶ
D περιτυχὼν μετά τινος προθυμίας συντόνου τὸν ὑποστράτηγον ἀποπέμπει Ἡράκλειον, συναποστείλας αὐτῷ καὶ τοὺς ἑρμηνέας
V 162 τοῦ ἐχυρώματος. (8) Ὁ δὲ Καρδαριγὰν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιστρατεύσας, πλήθη οὐ μαχίμων ἀλλ' ἰδιώτας ἄνδρας ἐνυαλίου ἠχήματος, ναὶ δῆτα καὶ ὑποζυγίων καὶ καμήλων πληθὺν συλλε-
ξάμενος, ἐς τὸ πρόσω ἐχώρει. καὶ κόμπος τις ἦν ἀληθείας χηρεύων, τῶν μὴ οὕτως ἐχόντων πραγμάτων συσκίασμα, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς φενάκῃ τινὶ συντεθὲν τερατούργημα. συντυγχάνει τοιγαροῦν τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἡράκλειον, ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν χώρων
P 41 ποιουμένοις τὴν πρόοδον. εἴκοσι δ' ἄνδρες Ἡρακλείῳ συνείποντο. οὐκ ἐαυθηφόρουν δὲ τῇ ἀμαθείᾳ τοῦ μέλλοντος. οὐ κράνος τὴν κεφαλὴν διεφύλαττεν, οὐ θώραξ τὸ περιστέρνιον, σιδήρῳ ἀντίμαχος σίδηρος, ἔρκος σωμάτων συμβαδιζόντων περιφρουρουμένων καὶ συνεπομένων. ἐξεθήλυνε γὰρ αὐτοὺς τὸ εὐδόκιμον· οὐ

rent. quia vero multis in rebus verba factis antegrediuntur, primum affatu ei subblandiuntur, aiuntque, si Arzanenam sub se redigere velit, loca quaedam propter vallum quam tutissima monstraturos. ibi suadere se uti castellum exaedificet. his primum dictis ducem compellarunt; quae quidem ab eius mente et sententia haud abhorrebant. locum enim aliquem istiuscemodi nancisci concupiscebat: interim dum eo carebat, quia nondum cognoscebat, impressionem urgebat. hoc itaque audito velut quopiam insperato lucro impense gavisus, hypostrategon Heraclium, et cum eo muniti illius loci promissores illuc mittit. (8) Cardariganus in Romanos expeditione suscepta, hominum qui arma nunquam tractassent nec Martium buccinae sonitum auribus suis aliquando excepissent, praeterea iumentorum camelorumque conquisita multitudine, procedebat. sed erant rerum umbrae tantummodo, nihilque aliud quam vanitatis plena ostentatio, veluti cum in scenam ad ludendos spectatores aliquid prodigiosius inducitur. occurrit igitur Heraclio, eiusque viginti comitibus, qui omnes loca speculatum inermes, futurorum iguari, prodierant. non galea caput muniebat, non thorax praecordia, ferrum ferro resistens, septum una gradientium, et corpora tanquam custodia atque praesidium cingens atque comitans. adepta enim celebritas eos emolliverat, victoria

γὰρ νίκη ἐπίσταται ἐπὶ τῆς αὐτῆς στερρότητος διαφυλάττειν τὸν ἀριστεύσαντα. ὁ μὲν οὖν Ἡράκλειος ἐπόπτης γενόμενος τοῦ θεάματος τὸ τολμᾶν ὑπεκρίνετο καὶ τὴν πρόσω φορὰν κατεσχημάτιζετο φέρεσθαι· ὅτε δὲ παρεγυμνοῦτο τὸ σόφισμα, τῶν πολεμίων παρεγγιζόντων καὶ μελλόντων σφίσιν αὐτοῖς ἀναμίγνυσθαι, B πρόσεισι σὺν τοῖς ἀμφ' ἑαυτὸν ἐν μετεώρῳ λόφῳ τινί. τοῦ δὲ δυσμενοῦς ὡς αὐτοὺς τὴν ὁρμὴν ἐπιβάλλοντος, πάλιν ἐπ' ἄλλον λόφον μετέβαινον, κἀπ' ἐκείνου αὖθις εἰς ἕτερον, καὶ ταῖς ὑπαλλαγαῖς τῶν μεταφοιτήσεων τὰς τῶν πολεμίων ἐπιβουλὰς διεκρούσαντο. καὶ νύκτωρ ὡς τὸν Φιλιππικὸν πέπομφεν ἄγγελον τὴν βαρβαρικὴν ἐξαγορεύσαντα ἔφοδον. ὁπηνίκα δ' ὁ στρατηγὸς τοῦτον τὸν ἀπόστολον ἐς τὴν ἑαυτοῦ σκηνὴν ἐσαράμενος τὸ βαρβαρικὸν ἠκηκόει ἐν τῇ ὑστεραίᾳ ἐπιτίθεσθαι μέλλειν, συναγείρει τὸ στράτευμα δεῦρο κἀκεῖσε περισχιζόμενον καὶ τὴν Ἀρζανηνὴν λυμαινόμενον, προστάξας περιλαλῆσαι τὸ ἀνακλητικὸν μέλος τὴν C σάλπιγγα. ἡ μὲν οὖν κατεκελάδει, οἱ δὲ μετὰ συντόνου σπουδῆς προσωμίλουν τῷ χάρακι. Ζαβέρτας δέ τις ἀνὴρ οὕτω τὴν προσηγορίαν περιαγόμενος (τῆς τοῦ Χλομαρῶν δ' ἄρα οὗτος διαφρουρᾶς τὰς φροντίδας ἀμπείχετο) τοῦ φρουρίου λάθρᾳ ὑπεξελθὼν ἀψοφητὶ οἰραγεῖ τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως, καὶ πρόσεισιν ἠρέμα τε καὶ βάδην, καὶ τοῦ Ῥωμαίου ἐκ πλαγίου μαχίμου γενόμενος ἀπέδρα, καὶ τοῖς ἀμφὶ τὸν Καρδαριγὰν ἀναμίγνυται. οὐκοῦν ὁ δραπέτης ὁ Πέρσης ποδηγεῖ τὸ ὁμόφυλον, καὶ παράγει ἐς τὸ ἀντιμέτωπον τῆς Ῥωμαίων πληθύος, χωρίον τι ἀδεὲς ὑπο-

siquidem natura insolens ac superba est, et re fortiter gesta animos in praeterita firmitate constantiaque conservare nescit. Heraclius conspecto hostium globo audaciam simulare et ulteriorem progressum fingere. verum ubi hostes propiores facti se prodiderunt et ad depugnandum paratos demonstrarunt, cum sociis editum collem petit. eodem illi incitato sequuntur. Romani in alium collem transeunt, deinde rursus in alium, iisque transitionibus hostilem ab se vim arcent, et noctu ad Philippicum mittunt qui eum de infesto barbarorum adventu doceat. Philippicus ubi nuntium in praetorium introduxit et de barbaris narrantem audivit, crastino die impressionem facturus exercitum huc illuc divisum et Arzanenam depraedantem recolligit, mandans uti tuba signum receptui daretur. clangit tuba: milites ad castra certatim advolant. Zabertas autem quidam vocabulo, cui Chlomari concredita erat custodia, cum ex arce clandestinus sineque ullo strepitu se eduxisset, extremum Romanorum agmen sequebatur; sensimque gressum promovebat, donec eos transversim respiciens fuga arrepta Cardarigani catervae se immiscuit. ita fugitor ille Persa popularibus viam pedibus praeit, eosque ex adverso Romanorum in locum propter pacificam munitionem ab hostili accessu securum addu-

TAYLOR INST. OXFORD

δείξας, ἐφόδων κωλύμην διὰ τὸ εἰρηναῖον τοῦ ἐχυρώματος. οἷα γάρ τις μεσίτης αἰδέσιμος χάσμα τι μέγα ἐς μέσον ὑπῆν, ἑκατέραν δὲ διέκρινε δύναμιν. συνηπίστατο γὰρ ὁ βάρβαρος ὡς οὐχ ὑπομενοῦσιν οἱ Πέρσαι ἀμέσως πως καὶ ἀθρόον τὸ νενικηκὸς ἐπιτιθέμενον, τῷ νεαρῷ τῶν ἀτυχημάτων πολεμίαν ὄψιν φέρειν οὐκ ἔχοντες. διά τοι τοῦτο ὁ Ζαβέρτας ἐς τὸ ἀντιπρόσωπον ἀνὰ τὸ χεῖλος τοῦ φάραγγος τὸ Περσικὸν ἐφηπλώσατο. καὶ ἦν ἡ φάραγξ μεταίχμιον ὥσπερεὶ τάφρος αὐτόματος, φύλαξ τις ἀγαθός, ὁποτέραν πιστευόμενος δύναμιν. ἔνθα δὴ οἱ Ῥωμαῖοί τε καὶ τὸ βάρβαρον οὐκ ὀλίγον διετέλεσαν χρόνον. τὸ δὲ Ῥωμαϊκὸν τῆς τάφρου ἐξαλλάττεσθαι κατωρέγετο, συμπλοκῆς ἐφιέμενον. τοῦ δὲ Περσικοῦ τὴν ἐπιφορὰν ἀποκλίνοντος διὰ τὴν παραβραβεύουσαν φάραγγα, τέως ἀνακωχὴν ὁ φόνος ἐλάμβανε. μετὰ τοῦτο γίνονται Πέρσαι ἐπὶ τὰ νῶτα τοῦ Ῥωμαϊκοῦ, τὴν θέαν νυκτὶ παρακλέψαντες· περιναστοῦσι γὰρ λαθραίως περικυκλώσαντες τὴν φάραγγα, καὶ περιφορᾷ τῆς βαθίσεως κατόπιν Ῥωμαίων ἐγίνοντο. κἀντεῦθεν ἄδειαν ἴσχυσι Πέρσαι ἀνὰ τὰς ὑπερωρείας τοῦ ὄρους στρατοπεδεύεσθαι, ἵνα ἵδρυται τὸ Χλομαρῶν. τοιγαροῦν Ῥωμαίοις συνέβαινε τῶν ἐκεῖσε ἀπάραντας ὑπὸ τοὺς πρόποδας τοῦ ὄρους διορύττειν τὴν τάφρον. ἐς τοσοῦτον ἀγχίθυροί τε καὶ γείτονες ἀλλήλων αἱ δυνάμεις ἐγένοντο, ὡς καὶ τὴν ἀλλήλων συνιέναι φωνὴν καὶ τοῦ χρεμετίσματος τῶν ἵππων ἐς τὸ τρανὲς ὑπαισθάνεσθαι. διά τοι τοῦτο τῆς τοῦ Χλομαρῶν πολιορκίας Ῥω-

4. ὑπομένουσιν et mox ἐπιθέμενον JP. 11. ἐφίεμενον JP.

cit. nam ut conciliator aliquis reverendus, in medio vastus hiatus seu profunda vallis suberat, quae utrasque copias dirimebat. noverat quippe barbarus Persas confertim irruentibus victoribus Romanis citra medium seu intervallum pares haud futuros, quorum ob acceptam recens cladem ne vultus quidem intueri auderent. quamobrem Zabertas loco opposito, in labro seu summo margine vallis manum Persicam explicat; eratque illa vallis inter ambas acies ceu fossa naturalis et ut fidelis custos utrique exercitui constituta. moras ibi Romani barbarique longas traxerant. cumque illi fossam superare et conserere praelium concupiscerent, hi hostis impressionem ea commoditate declinarent, interea caedium indutiae agitabantur. posthaec Persae nocte furtim speculati post terga Romanorum evadunt, occulte aliquidem vallem circumeundo illos post se relinquunt, atque ita in iugum montis, ubi Chlomarum castellum erat aedificatum, libere et illaesi perveniunt. proinde Romani ex eo loco moventes ad procurrentem in imo montem vallo castra communiunt. tam porro inter se propinqui ac vicini erant, ut et mutua verba perciperent

μαῖοι ἀπέχονται· οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν τὸ φρούριον αὐτοὺς τὸ λοιπὸν παρασιτήσεσθαι.

9. Τῇ δ' ἐπιούσῃ ἀμφὶ πρώτην τῆς νυκτὸς φυλακήν, ὑπὸ C τὸν βαρύτατον ὕπνον, δέος τι ἀνήκεστον τὸν στρατηγὸν διετάραξε καὶ πρὸς ἀπόδρασιν παράλογον τοῦτον ἐξέμηνεν. οὐκοῦν ὡς εἶχε δέους, ἐπεὶ τοῦ δείματος οὐχ οἷός τε ἦν φέρειν τὴν ἔφοδον, ᾤχετο ἀπιών, μηδενὶ τῆς ἀναχωρήσεως μεταδοὺς τῆς ἑπομένης πληθύος αὐτῷ· ἐς τοσοῦτον ἐλήλακει δυνάμεως ἡ κατάπληξις, καίτοι τοῦ Μηδικοῦ οὐκ ἀντίρροπον ἔχοντος Ῥωμαίοις τὸ δύνασθαι, καὶ μέντοι καὶ τοῦ λιμοῦ εἰς τὸ ἰσχυρὸν τὸ βάρβαρον παραθλίβοντος. ἐπιβαίνει γοῦν τοῦ Ἀφούμων ὁ στρατηγὸς τὸ τηνικαῦτα καιροῦ ὑπὸ Ῥωμαίους ὑπάρχοντος. οὐκοῦν δείματα καὶ D φόβοι θόρυβοί τε καὶ ἀπορίαι τῷ Ῥωμαϊκῷ περιπίπτουσι. καὶ τὸ κακὸν ἀπαρηγόρητον· ἀσελήνῳ γὰρ νυκτὶ ἐμηκύνετο. οἱ μὲν οὖν διέφευγον, καὶ διῆνυν τῶν ἀτραπῶν τὰ δυσέξοδα, καὶ μετὰ κινδύνων τὰς ἀποφοιτήσεις ἐπεποίηντο, καὶ ὁ λόγος τῆς ἀποδράσεως ἦν ἀνεξέταστος· οἱ δὲ βάρβαροι διηπόρουν τί ἂν παλαμῶνται Ῥωμαῖοι, καὶ δυσέφικτος ἦν ἡ κατάληψις. συρρέουσι τοίνυν τὰ πλήθη τῷ μεσίτῃ τῷ φάραγγι, καὶ ἐξαισίοις κακοῖς περιβάλλονται, ἐν σκοτομήνῃ τῶν ὑποζυγίων ἐν τῇ τάφρῳ ὥσπερ διειλυμένων τοῖς ὀλισθήμασι. τῶν δὲ Ῥωμαίων συστρεφομένων τε καὶ ἀνελιττομένων, ὠθούντων τε καὶ ὠθουμένων ταῖς περιτροπαῖς, λύσιν οὐκ ἦν ἐκείνοις εὑρεῖν τοῦ συνέχοντος· τοιοῦτό τι κακὸν ἀμαθία στρατηγοῦ ἀπεκύησε. καὶ ναὶ μὰ τόν, εἴγε τοῦ

et equorum hinnitus clare exaudirent. quocirca obsidionem castelli velut inexpugnabilis intermittunt.

9. Die sequenti circa primam vigiliam noctis, cum prima quies artus irrigat, immensus quidam pavor ducem ad fugam ratione carentem furiavit. qui cum terriculamenti insultum ferre nequiret, se proripuit, cum nemine de copiis suis re communicata: adeo adversarius exercitus illum perculerat. et tamen Persae viribus infra Romanos, dira insuper fame affligebantur. dux Aphumos, locum eo tempore Romanorum proprium, pervenit. hinc terrores, timores, tumultus et inopia consilii milites incesserunt; nec inveniebatur ullum in tanto malo solatium, cum per noctem illunem ac tenebris horridam traheretur. per vias igitur difficiles et invias periculose fugiebant; nec sat rationis in fuga. barbari dubitare quid illi molirentur, nec eorum assequi propositum. ad vallem fossamve in medio confluunt. ibi detrimentis multantur ingentibus, cum per tenebras noctis iumenta sarcinaria in profundum delapsa prope interirent, milites condensati et explicati, impellentes et impulsi, dum se huc illuc convertunt, ab urgente casu se expedire non valerent. tantam vim incommodi stultitia ducis invexit. sane (ita me deus iu-

Περσικοῦ δέκα δῆτα παιδάρια, τούτων δῆτα τῶν περιαγομένων
P 43 τὴν ἀποσκευὴν ἀπὸ τοῦ χάρακος καὶ διυπηρετουμένων τῷ βαρ-
βάρῳ, κατεκελάδησαν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὡς ἅτε δὴ τῆς πλη-
θύος τῶν Περσῶν συνεπομένης αὐτοῖς καὶ ὅσον οὔπω μεταληψο-
μένης τοῦ φόνου, τὸ Ῥωμαϊκὸν ἅπαν καταδιώλωλε σύνταγμα,
ὡς κινδυνεύειν, οἶμαι, καὶ ἄγγελον τῆς συμφορᾶς ἀποσώζεσθαι.
τοσοῦτον αὐτοῖς κακὸν αἱ τῆς ἀβουλίας λαγόνες ὠδίνησαν. καὶ
οἶν ὑπὸ τὰ ἑωθινὰ καταυγάσματα περισχιζομένου τοῦ σκότους,
μόλις τὸ Ῥωμαϊκὸν διεξωδεύετο στράτευμα, καὶ ἐς τὸ Ἀφούμων
μεταβιβάζεται. ἐντεῦθεν βλασφημοῦσι τὸν στρατηγὸν αἱ δυνά-
μεις, καὶ ὡς ὑπήκοον ἐκωμῴδουν αὐτόν. τὸ δὲ Περσικὸν σχο-
B λαίως καὶ ῥῆμα παρεῖπετο. οὐκ ἐθάρρει γὰρ ἐς τὸ φανερὸν χεῖ-
ρας ἐμμίξαι· οὐ γὰρ κατάφωρον αὐτῷ ἐγεγόνει ἐκδειματούμενον
τὸ πολέμιον. οὐραγοῦσι τοίνυν, καὶ τὰ κατόπιν τῆς Ῥωμαίων
δυνάμεως τόξοις ἐβάλλοντο. ἐπετοξάζοντό τε οἱ Μῆδοι ὥσπερ
ἐπὶ σκοπῷ· τηλικαύτη τις ἦν Λατίνων ἡ μετὰ τῆς ἀκοσμίας
ἀπόδρασις. τοιγαροῦν βάλλεται καὶ μία τῶν κλινοφόρων ἡμιό-
νων τοῦ στρατηγοῦ βέλει βαρβαρικῷ, καὶ τάραχος ἐς τὸ παρευθὺ
V 164 ἐπανίσταται· παρεμορφοῦτο γὰρ ἡ φήμη ὡς οἷα καὶ τῆς ἀπο-
σκευῆς τοῦ στρατηγοῦ ἁλούσης ὑπὸ τῆς πολεμίας χειρός. μετὰ
τοῦτο τὰ βέλη τηνάλλως ἀφίπταντο, καὶ μέγιστα Ῥωμαίοις δι-
πόρθμευον τραύματα. ὅμως οὐ συνεπέθετο ἄγαν τῇ ἀποδράσει
C τὸ βάρβαρον, τοῦτο μὲν δεδιότες, τοῦτο δὲ καὶ διανοούμενοι
μηχανᾶσθαί τι Ῥωμαίους καὶ προκαλύμματι ἀποδράσεως περι-

11. ὡς] nonne ἐς?

verit) si de Persis non amplius decem, servuli illorum qui supellectile castrensi circumvehenda ministrant, tum clamores edidissent, manum Persicam a tergo eius insequi iam iamque ab ea caesum iri, agmen universum perisset, atque, ut opinor, ne nuntius quidem calamitatis superfuisset: adeo magnum malum temeritas et amentia illis pepererat. ubi dies coepit, dispulsis undique tenebris vix progrediuntur, et Aphumis castello succedunt. illic probra in ducem iaciunt, et ut privatum dictis aculeatis perstringunt. Persae sensim et tacitī sequebantur. quod enim terrore exagitatos nesciebant, aperto Marte cum eis ferro decernere non audebant. extremo igitur agmini inhaerentes postremos sagittis haud secus quam scopum appetebant. huiusmodi fuit Latinorum illa confusa et perturbata fuga. vulnerata est etiam telo barbarico una ducis mula lecticaria, unde derepente turbatio, fama vulgante etiam impedimenta sive supellectilem ducis ab hostibus captam esse. tela deinde haud incassum volitare, et Romanis luculenta portare vulnera, quanquam fugientibus barbari non admodum instarent, simul quod timerent, simul quod vererentur nequid Romani machinarentur vafrum-

πέττειν, ὅ τι ἂν εἴη αὐτοῖς τὸ πανούργημα. ἐπεὶ δὲ μεσοῦντος ἡλίου ὕπαντες ὡς τὸν στρατηγὸν ἐνηθροίσθησαν, ὕβρεις καὶ ἀποσκώμματα ὡς τὸν Θεόδωρον ὑπὸ τῶν στρατευμάτων συνέρρει. τῷ ὄντι γὰρ οὗτοσὶ τῆς ἐπισκοπῆς τὰς φρουρὰς ἐγκεχείρι-
5στο· ὁ δὲ ἐκδοὺς ἑαυτὸν τῇ ῥαστώνῃ κατεραθύμησε τοῦ πόνου, καὶ τὸ κακὸν ἐντεῦθεν χώραν ἐλάμβανεν. ἦλω δ' ὑπὸ τοῦ Περσικοῦ καὶ τὰ τῆς ἀποσκευῆς τῶν Ῥωμαίων, καὶ περιτυγχάνουσι Πέρσαι μεγίστῳ τινὶ ἀγαθῷ· ὁ λιμὸς γὰρ ἐξέωστο, οἷά τις τύ- D
ραννος ἀπαραίτητος χαλεπῶς σφίσιν αὐτοῖς ἐπικείμενος. ὁ δὲ
10στρατηγὸς τὸν Νύμφιον ποταμὸν διενήξατο μετὰ μεγίστων κινδύνων διανύσας τὴν ἐπανάζευξιν, καὶ οὕτω λίαν αἰσχρῶς τῆς Περσικῆς ἀπηλλάττετο. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τῇ Ἀμιδῇ προσμιλήσας πολλὴν ἀποβάλλεται δύναμιν, τοῦ Περσικοῦ τὰ νῶτα τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως περικείροντος. ἀποκαραδοκήσας δ' ὁ στρα-
15τηγὸς ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Ἰζαλᾶ φρούρια ἀνεστήσατο. καὶ μὴν καὶ τὰ γεγηρακότα ἀνέρρωσε, παρειμένα τε καὶ διερρυηκότα τῷ χρόνῳ καὶ τῷ πολέμῳ, ὧν τὸ μὲν προσαγορεύεται Φαθαχών, τὸ δ' ἕτερον Ἀλαλεισός. περιέβαλέ τε φρουροὺς ἐν αὐτοῖς, τὸ Ἰζαλᾶ ὄρος ἐντεῦθεν παρακατέχειν διεγχειρῶν. μετεδίδου δὲ τῷ Ἡρα-
20κλείῳ τὸ στράτευμα, αὐτὸς δ' ὑπὸ τῆς λύπης κατακλυζόμενος ἀπόμαχος ἦν.

10. Ὁ δ' Ἡράκλειος τὸ ὁπλιτικὸν διατάξας κατὰ τὰ πα- P 44
ρύπτια τοῦ Ἰζαλᾶ στρατοπεδεύεται. μὲν οὖν γε καὶ τοῦ ποτα-

1. μεσουρανοῦντος malim.

que facinus fugae tegumento absconderent. ubi sole medium coeli tenente omnes ad ducem convenere, contumeliis et scommatis Theodorum lacerarunt, cui speculatoris munus re vera impositum fuerat. sed is otio et inertia languidus laborem ignaviae posthabuit, unde hoc malum deinde propagatum est. Persae autem sarcinas et apparatum Romanorum suo maximo bono diripuerunt: famem enim, qui velut inexorabilis quidam tyrannus eos acerbe vexabat, depulerunt. dux ad reditum incumbens et Nymphium flumen periculosissime tranans, insigni cum turpitudine sese a Persis servavit. postridie Amidam accedens multos de suis, Persis ultionem agmen carpentibus, amittit. moratus apud Izalam montem castellis prospectum ivit: nam et vetusta confirmavit, et longinquitate temporis obsidionumque iniuria luxata et soluta restituit, quorum unum Phatachon, alterum Alalisus nominatur. praesidia item imposuit, montemque de caetero illis custodiendum tradidit. praeterea exercitus partem Heraclio tradidit: ipse moestitudine obrutus ab armis vacationem sibi indixit.

10. Heraclius agmine composito per plana iuxta Izalam secundum ripas Tigridis ducit, qui fluvius a septentrionali Persidis ora erumpens

μοῦ τὰς ὄχθας τοῦ Τίγριδος, ὃς ἀπὸ τῶν ἀρκτῴων τῆς Περσικῆς τῆς βαδίσεως ἀπαρχόμενος τὴν Ῥωμαίων γῆν διαχορεύει καὶ περιπτύσσεται ἀναχολποῦταί τε καὶ περιάγεται καὶ οἷα δὴ πλόην τινὰ τῷ ἰλίγγῳ τῆς περιτροπῆς ἀπεργάζεται. περιβάλλεται δὲ καί τι τοῦ ὄρους τοῦ Ἴζαλᾶ, καὶ τὸ ἐπιλεγόμενον Θομανῶν διανοστῶν ἀγκαλίζεται. εἶτα διεξοδεύεται ἄπαλῷ τῷ ῥείθρῳ διὰ
B τοῦ Μελαβασῶν ὄρους, καὶ ἐς τὴν μεσημβρίαν διαφοιτῶν κατενάζεται. τὸ δὲ Μελαβασῶν ὄρος ἔφν τῆς Μηδικῆς. μετὰ τοῦτο τὰ Καρδούχια ὄρη Ἰνδοὺς προκύπτοντα, ὡς γεωγράφοι κηρύττουσιν, ἀξιοπιστίαν ἡμῖν προβαλλόμενοι τὴν κατάληψιν. τοιγαροῦν ἀπολιπὼν τὸ Θομανῶν Ἡράκλειος εἰς τὰ μεσημβρινὰ τῆς Μηδικῆς προεχώρησε, καὶ ἅπασαν ἐκείνην τὴν γῆν παρετέμνετο. διαπορθμεύεται δὲ καὶ τὸν Τίγριν, καὶ εἰς τὸ πρόσω παρελαύνει τὸ στράτευμα, καὶ ἐνεπίμπρα τῆς Μηδικῆς ἐκείνης
C χώρας ὅσα ἐπίσημα. εἶτα ἐπανῆκεν ἀνὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν πολιτείαν, καὶ τὴν Θεοδοσίου περιπτύσσεται πόλιν, καὶ ἀναμίγνυται αὖθις τοῖς ἀμφὶ τὸν Φιλιππικόν. τούτων δὴτα τελεσιουργηθέντων παρὰ τὴν δόκησιν, ὁ στρατηγὸς τὴν τάφρον διέλυσε· χειμῶνος γὰρ ἤδη που ἐνεδήμει καιρός, καὶ ἡ ἐγκύκλιος τῶν χρημάτων ἐπίδοσις τῷ Ῥωμαϊκῷ ἐχεῖτο συντάγματι. ἐπεὶ δ' ἐαρίτιδες ὧραι τὴν περιχθόνιον πόαν ἐξέφυσαν, ἐδίδου ὁ στρατηγὸς τὰς μὲν δύο μοίρας τῆς Ῥωμαϊκῆς πάσης δυνάμεως Ἡρακλείῳ τῷ Ἡρακλείου πατρὶ τοῦ αὐτοκράτορος, τὸν δ' ἕτερον ἀποδασμὸν Θεοδώρῳ τῷ Ἀδηνῷ καὶ Ἀνδρέᾳ· ἑρμηνεὺς δ' ἄρα οὗτοσὶ
D τοῦ Σαρακηνικοῦ φύλου, τοῦ ἐπικουροῦντος Ῥωμαίοις. πρασέ-

9. Ἰνδοῖς fortasse, aut ἐς Ἰνδούς.

terras Romanas perlabitur, amplectitur, et per eas se insinuat, illas ambit, suaque ambage velut duplicitatem quandam efficit. partem etiam montis Izalae circuit, et castellum Thomanum, quod dicitur, reditu suo includit. deinde per Melabasum (mons est Persidis) meridionalem plagam minoribus undis influens absorbetur. post eum montes Carduchii in Indiam porrecti, ut geographi scribunt, haud absonam fidei cognitionem nobis tradentes. igitur Thomanum castellum relinquens Heraclius versus meridiem progreditur, totamque regionem devastat. transit etiam Tigrim, et ultra pergit, omniaque loca illa illustria ignibus corrumpit. post in ditionem Romanorum reversus Theodosiopolim se recipit, rursumque ad Philippicum sese aggregat. his ita praeter opinionem perfectis dux militi missionem dedit: hiems quippe ante fores iam erat, anniversariaque stipendia exercitui numerabantur. at simulac verna tempestas herbis circumquaque prata convestivit, dux tripartito divisis copiis duas partes Heraclio, tertiam Theodoro Abdeno et Andreae Saracene-

ταττε δ' ἀπεκδρομῇ καὶ ἐφόδοις προσχρήσασθαι, καὶ κατᾶραι αὖθις τῆς Περσῶν πολιτείας. ὑπενόει γὰρ ὁ στρατηγός, καὶ πολεμικῆς ἀγωνίας ἐφάττεσθαι οὐχ οἷός τε ἦν.

Τοῦτῳ δῆτα τῷ ἐνιαυτῷ Κορεντίολος ἐπὶ τὴν Ἀγχίαλον ἦκε, συναγείρει τε τὸ στράτευμα, τούς τε ἀλκιμωτάτους τοῦ πλήθους διευκρινήσας τῆς ἀχρήστου δυνάμεως διεχώριζε. τριῖς δὲ τάξεις συντέταχε, καὶ τρίχα ἀνὰ τοὺς βαρβάρους διέσπειρε. καὶ τοῦ μὲν δεξιοῦ λόχου ταξιάρχειν Μαρτίνον πυρεκελεύετο. Κάστον δὲ λοχαγὸν τοῦ ἑτέρου κέρατος προεστήσατο· τὸ δὲ μεσαίτατον τῆς δυνάμεως ὁ στρατηγὸς ἀνελάμβανεν. ἡ δὲ πληθὺς τῆς μαχίμου δυνάμεως ἓξ χιλιάδες ἦσαν· αἱ γὰρ τέτταρες διὰ κακίαν ψυχῆς ἦσαν ἀπόμαχοι, ἃς καὶ προσέταττεν ὁ στρατηγὸς μετά γε τῆς ἀποσκευῆς διὰ φυλακῆς ἔχειν τὸν λεγόμενον χάραικα. ὁ μὲν οὖν Κάστος τὸ ἑαυτοῦ ἀράμενος σύνταγμα τὰ τῆς χώρας περιενόστει λαιά, ἦκε δὲ ἐπὶ Ζαλδαπὰ ἐπί τε Αἶμον τὸ ὄρος. ἀτὰρ ἀδοκήτως τοῖς βαρβάροις ἐωθινὸς κατέπεσεν, ἀφράκτους τε εὑρόμενος ἐνευδοκίμει τῷ δόρατι, περίδοξον δὲ ἀπεμέρετο τὸ τρόπαιον. τοῦ γὰρ πλήθους τῶν βαρβάρων ἀποδασμὸν διέφθειρε μέγιστον, καὶ σὺν λαφύροις πολλοῖς τὴν ἀριστείαν ἀνεκαλλώπιζεν, ἀπυίσειν τε ὑπασπιστῇ ἐδίδου τινί, ὡς μὴ ὤφελε· τοῦτον γὰρ ἀφαιροῦνται τὴν προνομὴν ἐνιθρασθέντες οἱ βάρβαροι. Μαρτῖνος δ' ἐς τὰ περὶ τὴν Νέαν πόλιν γενόμενος, ἔνθα δὴ τὸν Χαγᾶνον τύ τε Ἀβαρικὸν αὐλιζόμενον ἐπεσκόπευεν. ἐλλοχῶσι γοῦν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀθρόον καιρίως ἐπιτίθενται. καὶ ὕφα-

rum, qui Romanis suppetias venerant, interpreti tradidit, cum mandatis uti per loca Persidis hostiliter denuo grassarentur, ipse siquidem minus belle valens armis interesse non poterat.

Hoc igitur anno Comentiolus Anchialum veniens exercitum contrahit, fortissimos quosque ab imbelli et ad pugnam inutili turba probe seligit ac separat, triplicem adversus barbaros ordinem constituit. dextrum agmen Martino committit, alteri Castum praeponit, medium sibi retinet. militum bellicosorum numerus sex, inutilium bello ineptorumque quatuor millia conficiebat; quibus imperavit uti castra cum sarcinis et impedimentis custodirent. Castus cum cohortibus suis in sinistrum pergens ad Zaldapa oppidum et ad Aemum montem processit, exortoque die in barbaros inermes, nihil huiusmodi opinantes, incidens gloriam non vulgarem excellenti victoria est consecutus, quando eos partem maximam ferro cecidit, et multitudine spoliorum virtuti suae decus atque ornamentum adiunxit. spolia illa utinam ne armigero cuidam suo avehenda commisisset! nam barbari facto cuneo praedam illi abstulerunt. Martinus ad urbem Neam profectus, illius locis Chaganum cum Abaris se tenere per speculatores cognoscit. parant itaque insidias Romani, repenteque vi

λός τις ἐνῆν τοῖς βαρβάροις ὁ θάνατος, ὡς ἄμπωτις ἐξαπιναίως καταρροφοῦσά πως τὸ πολέμιον. ὁ δὲ Χαγᾶνος παράδοξόν τι ἕρμαιον τὴν σωτηρίαν ηὑτύχησε, καὶ φυγῇ συνέριθος ἦν· ἐλάνθανε γὰρ νῆσος ἐν τῇ λίμνῃ, τὸν βάρβαρον διασώζουσα. ἢ γὰρ ἂν ἦλω, καὶ περίδοξον ἐγεγόνει Ῥωμαίοις ζωάγριον· μέγιστος γὰρ οὗτοσὶ καὶ ὀνομαστότατος τοῖς βαρβάροις ἐνέσκηψε κίνδυνος. C ἦν δ' ἄρα τἀληθὲς καὶ παρὰ τῶν αὐτομολησόντων Ἀβάρων πέμπτῃ ἡμέρᾳ νοσφίσασθαι. καὶ δῆτα ἀνέζευξεν ἐξ ἑωθινοῦ ὁ Μαρτῖνος, ἔνθα τῷ στρατηγῷ τῇ προτεραίᾳ διώριστο. ὡμορρόθει δὲ καὶ Κάστος, ἐς ταὐτὸν Μαρτίνῳ γενόμενος. πλείστης τε δυνάμεως ἐδίδοσάν τε καὶ ἀντελάμβανον τῇ συντυχίᾳ παρ' ἑαυτῶν τὰ συντάγματα, ἀσυλίαν ἐχυρωτάτην εἰληχότες διὰ τὴν σύμμι- D ξιν. (11) Κομεντίολος δὲ τὴν ὁμολογίαν ἀποπεμψόμενος τάς τε πρὸ τῆς προτεραίας συνθήκας, οὐδέν τι διεπράξατο πρὸς ἐντρέχειαν βλέπον, οὔτε ὡς τὸν Κάστον καὶ Μαρτῖνον ἀπῴχετο διὰ τὸ πλῆθος βαρβάρων ἐς νῶτα διασύρεσθαι καὶ ἐν τροπαίῳ συμπλέκεσθαι. λόγος δὲ καταιτιᾶται καὶ Ῥουστίβιον, συντάγματός τινος ἡγεμονεύοντα, τῷ στρατηγῷ ὑποτίθεσθαι ὀλιγώρως ἔχειν περὶ τὴν ἄφιξιν καὶ παραμελεῖν τῆς ἐς Μαρτῖνον καὶ Κάστον ἀντανόδου διά τε τὸ τῆς τύχης ἀσαφὲς καὶ δυσέφικτον, τήν τε βασιλέως γνώμην μὴ οὕτως ἔχειν, καὶ τηλικούτους μὴ ἐγχειρεῖν κινδύνους ἐπείγουσαν. καὶ δῆτα ἐξεδίδου ὁ στρατηγὸς Ῥουστιβίῳ τὰ ὦτα, καὶ τὸ σπουδαζόμενον τῇ ῥαθυμίᾳ ἐγίνετο.

magna in eos incurrunt. salsam nonnihil barbari mortem sentiebant, quae ut aestus quidam marinus reciprocans subito eos secum abreptos absorbebat. Chaganus fugae beneficio salutem quasi quoddam insperatum et admirabile lucrum reperit; quem parva quaedam lacus insula forte fortuna servavit. sane ingenti pretio barbaris stetisset illius liberatio, quibus neque ad memoriam insignius periculum in cervicibus fuit. et erat revera Abaris transitionem meditantibus quintum iam diem seiungi. rediit ergo mane Martinus, quo redeundum dux pridie decreverat. eodem et Castus Martino respondens revenit, mirandumque in modum virtus militum ex congressu et colloquio mutuo crevit; atque ex hoc consortio coniunctioneque velut asyli ius tutissimum firmissimumque adepti sunt. (11) Comentiolus autem nudius tertius pacta et conventa abiiciens nihil sollers et industrium egit, neque ad Castum et Martinum abiit, ut barbaros ab iis averteret et in fuga manum cum iisdem consereret. accusatur vulgo Rustibius quidam e centurionibus, qui consilio suo hanc duobus illis ab hostium tergo succurrendi negligentiam duci iniecerit, quia nimirum fortuna incerta esset, et ad eam perveniri aegre posset; nec imperatorem istuc velle, qui talibus se offerre discriminibus non cogat. commodavit igitur aures Rustibio dux, socordiaeque ut ne-

Μαρτῖνος δὲ καὶ Κάστος ἐς Μαρκιανοῦ πόλιν τὸν στρατηγὸν P 46
ἥκειν πυθόμενοι παρ' αὐτὸν ἐπανῆισαν. ἡλίου δ' ὑπερχομένου
τῆς κυκλικῆς τῆς φωσφόρου δινήσεως, πανστρατιᾷ Κομεντίολος
ἐπὶ τὸν ἴδιον ἐχώρησε χάρακα, ἔνθα καὶ τοὺς ἀπολεκτοὺς τοῦ
Ῥωμαϊκοῦ κατελελοίπει στρατεύματος. μετ' ἐκεῖνο δῆτα ἐπὶ τοὺς
στενωποὺς τοῦ Αἵμου στρατοπεδεύεται, ἐπί τε τοὺς γηλόφους
καὶ τοὺς ἐφ' ὕψους αὐλῶνας ἀνάγοντας. Σαβουλὲν δὲ Μανά-
λιον ὁ τόπος ὠνόμασται ἐπιχωρίῳ προσηγορίᾳ τινί. ἀλλὰ φέρε V 166
τοῦτον ὑπογράψωμεν τῷ λόγῳ καὶ φραστικῇ τινὶ δυνάμει διαμορ-
φοῦν ἐγχειρήσωμεν. χῶρος δ' οὗτος πάγκαλος καὶ μετέωρος,
ἀνὰ τὸ τοῦ ὄρους μεσαίτατον ὕπτιος τὴν θέσιν, πεδίον καθειμέ- B
νον, ἀνθοφόροις προσαυλαῖς ἅπαν κατάκομον. λειμῶνες δὲ τού-
τῳ χλοάζοντες, ὀφθαλμῶν ἑορτὴ καὶ ἑστίασις. διατριβαὶ δὲ
αὐτῷ κατάσκιοι, τῷ λασίῳ τῆς ὕλης τὸν ἐπιβάτην ἐγκρύπτουσαι,
καὶ πολλὴν ἁλέαν μεσημβρίας ὥρᾳ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἀποτί-
κτουσαι, ὁπότε ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι καὶ τὰ τῆς γῆς ἐνδόμυχα
κατρθάλωται. καὶ ἔστιν ὁρᾶν μὲν ἡδύ, εἰπεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον.
περιρρεῖ δὲ τὸν τόπον ὑδάτων ἀφθονία, μήτε τὸν πίνοντα παρα-
λυποῦσα ταῖς ὑπερβολαῖς τῆς ψυχρότητος, μήτε τὸν ψυχάζοντα
ἀποκναίουσα, διὰ τὸ τῆς ὁμιλίας ὡς ἔπος εἰπεῖν μαλθακώτερον.
ξεναγωγοῦσί τε ὄρνιθες τοὺς θεατὰς τοῖς μέλεσι μουσικώτερον, C
ἐν τοῖς νεοβλάστοις τῶν δένδρων ὀχούμενοι. ᾄδουσί τε αὐτοῖς
νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων, καὶ πολλὴν

7. ἀνάγοντας IP.

gotio gravi ac serio studebatur. Martinus et Castus ubi ducem Martianopolim concessisse acceperunt, ad eum abiere. sole iam caput proferente, Comentiolus cum totis copiis ad castra, ubi reiectitios illos de Romano exercitu reliquerat, se recepit. deinde ad angustias Aemi proficiscens colles et in sublimi valles petit. locus ab indigenis Sabulen Manalion appellatur, quem age describamus et orationis facultate informare instituamus. locus hic longe pulcerrimus et excelsus usque ad medium montis positione resupinus est. campus subiectus tanquam floriferis vestibulis totus comans. in eo item prata virentia festum diem, convivium quoddam oculis praebent. visuntur illic umbrosa tabernacula ex densitate arborum; quibus qui ascendunt occultantur, multusque ibi meridiano tempore calor sentitur, quando radiis solaribus etiam abdita terrarum aestuant. et est res iucunda visu, difficilis explicatu. circumfluit aquarum copia, quae neque bibentem nimio frigore molestia, neque frigus captantem propter mollius, ut ita dixerim, consortium taedio afficit. Praeterea aviculae, arborum ramis fronde nova pubescentibus sustentatae, spectatores cantibus suis hospitio musico accipiunt. cantant porro illis absque luctu et ira, malorum oblivionem omnium inducens,

τὴν ἀλυκίαν τοῖς ὁδίταις ταῖς ᾠδαῖς παραπέμπουσιν. ὅ τε κιττὸς καὶ ἡ μυρρίνη καὶ ἡ σμίλαξ μετὰ τῶν ἄλλων ἀπάντων ἀνθῶν καλλίστῃ τινὶ συμφωνίᾳ τρυφὴν ἄϋλόν τινα ταῖς ὀσμαῖς τελεσφοροῦσι κομιδῇ ἀφθονώτατα, καὶ καταπλουτοῦσι ταῖς εὐωδίαις τὸν ἐνδημήσαντα, ὥσπερ τινὶ φιλοξενίας ἀρίστῳ θεσμῷ παρασκευὴν θυμηδίας τινὰ τοῖς φοιτηταῖς προφερόμενοι. ἔνθα δὴ τῇ προτεραίᾳ, ἅμα τῇ ὑστεραίᾳ τὸ στρατόπεδον προσέταττεν ὁ στρατηγὸς ἐναυλίζεσθαι. περὶ τὴν ξυλίνην δὲ γέφυραν τοῦ γειτονος
D ποταμοῦ ἀνιχνεύειν τὸ Ἀβαρικὸν ἐξ ἑωθινοῦ λοχίτῃ γε ὄντι Μαρτίνῳ ὁ στρατηγὸς ἐγκελεύεται, ἐπισκοπεῖν τε εἴγε διεπεραιώθη τὸν ῥοῦν τὸ πολέμιον, Κάστον δὲ κατὰ τὴν λιθίνην διάβασιν ἀνερευνᾶσθαι τὰ τῶν πολεμίων κινήματα, πῶς τε ἔχουσι γνώμης, καὶ πρὸς τὸ ἀντιπέρας εἴγε στρατοπεδεύοιντο. ἀλλ' ἐπεὶ Μαρτῖνος ἐτεθέατο διαπεραιοῦσθαι τὸν ῥοῦν ὅσον οὔπω τὸ πολέμιον μέλλων, παλίνορσος οἷα ἐπανῆκε, καὶ συνείρει τοῖς ἀμφὶ τὸν Κομεντίολον στρατεύμασιν. ὁ δὲ Κάστος ὑπεκβαίνων τόν τε ποταμὸν διεπεραιώσατο, καὶ εἰς τὸ πέραν ἀφικόμενος συγγίνεται τοῖς προθέουσι τῶν ἀντιπάλων, καὶ ῥωμαλεώτερον ἅπαντας τῷ ἀκινάκῃ διώλεσε. θράσους δὲ τὰ τοιαῦτα οὐχ οἷός τε ἦν τὴν παροῦσαν εὐπραγίαν διαφυλάξασθαι σκαιοῦ τινὸς δαίμονος ὑποθή-
P 47 κας. οὐκ ἀνέζευξε γὰρ ἐπὶ τὸν Κομεντίολον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ξυλίνην ἀποσχόμενος γέφυραν συμπαρομαρτεῖν ἐπειρᾶτο Μαρτίνῳ. ἐπεὶ δὲ διηπίχησε τοῦ βουλήματος, ἡλίου δυομένου ἐπαννίχιζε κατὰ τὸν χῶρον. τῇ δ' ἐπιούσῃ διενυκτέρευε τὸ πολέμιον, καὶ

viatoribusque cantibus illis moerorem magnopere minuunt et abstergunt. hederaque, myrtus et smilax, cum omni florum genere, concordia quadam pulcerrima delicias quasdam incorporeas quam uberrime odoratui perfecte praestant; et odorum suavitatibus praesentem ditant, advenis velut optima hospitalitatis lege apparatum quendam iucunditatis offerentes. hic igitur exercitum pridie postridieque dux habere stationem iussit, et Martino manipulario negotium dedit ut iuxta pontem ligneum vicini fluminis Abaros a mane usque indagaret, specularetur que ecquid flumen transiissent. Caste praecepit ut terrestri via hostium vestigia motusque, et quid in animo haberent, et num ex adverso constitissent, scrutaretur. Martinus postquam hostes iamiam fluvium transituros animadvertit, celeri pede retrogressus ad Comentiolum et exercitum rem defert. Castus vero deflectens flumen transmittit, et in ripa ulteriore inito cum praecurrentibus hostium certamine robustis viribus omnes mactat. ea re confecta felicitatem oblatam sustinere non poterat, aliculus mali daemonis instinctu: nec enim ad Comentiolum regressus est, verum ad pontem ligneum abiens cum Martino se coniungere conabatur. quo proposito lapsus, cum sol iam occidisset, noctem eo in loco totam transegit. hostes nocte exacta per pontem ligneum in adversam ripam trans-

διὰ τῆς ξυλίνης γεφύρας εἰς τὸ πέραν διεπορθμεύετο. οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν ἄλλως διαπεραιοῦσθαι τὸ ῥεῖθρον· ἀγχιβαθὴς γὰρ ὁ ποταμὸς ἐπεφύκει, πελαγίζων τε τῷ ῥοθίῳ τοὺς ἐπιβαίνοντας τῆς πορείας ἀπεῖργε. συννεύοντος δὲ καὶ Κάστου ὡς τὰ οἴκοι, καὶ ἀνταναγομένου ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, ἀντιμέτωπον τὸ δυσμενὲς συνεκύρησε πλῆθος, καὶ δυσάντητον ἦν τὸ κακὸν καὶ σοφίσματος ἄμοιρον. (12) ἅτὰρ ἰδρὼς περιέρρει τῷ Κάστῳ, ἀπο- B
quidam Saperius vocabulo, corpore similis Tydeo quem Homerus celebrat, animo autem supra Tydeum, Hercules ipse, inquam, et si quis Hercule aliquando animosior inventus est (non enim verebor magnitudine virtutis Herculem postponere, tametsi alioqui quem cum eo conferamus non habemus), hic, inquam, miles palos acutos inserens in munitionem insilit, et sublime scandit, et uno quidem in turri defixo, qua lapides iuncturas dabant (constructum enim erat castellum caeso lapide), pede in palum ascendit; rursus alterum palum ceu surculum in murum inserens, alterum pedem in eo firmat, eminentiaque saxa manibus firmiter comprehensa tenens ascensum ita machinatur. et cum obsessi tot telorum spectaculum non ferrent, vir ille Saperius propugnaculum valida vi tenebat, captumque fuisset primo illo impetu castellum, nisi quidam de cohorte Persica repente coortus saxo de his quae illic iacebant bellatorem animosum deiecisset. qui cum saxo deorsum ferebatur, praeceps in pulverem, super sinciput et humeros, casu scilicet Homerico. non tamen perilit: nam eum vulneratum commilitones scutis impositum conservarunt: perparum enim missilium cuspides eum laeserant. ad idem opus constanter redit, iterumque ad propugnaculum assiliens iniectis manibus ita tenaciter pinnam retinet quemadmodum polypus, cum quip-

αὖ πάλιν ἀνέθορε, τῇ ἐπάλξει τὰς χεῖρας περιβαλὼν οἷα πολύ-
P 58 πους ἀφύκτους πλεκτάνας τινάς, καὶ εἶχετο καρτερᾷ τινὶ λαβῇ
τῆς ἐπάλξεως. ὁ δ' ἀντίπαλος Πέρσης ἀδελφὴν τῆς ἑτέρας ἐπι-
βουλῆς ἐξειργάσατο, καὶ σαθρωθείσης ἔναγχος τῆς ἐπάλξεως
ταῖς Ῥωμαϊκαῖς προβολαῖς, μετ' ἐκείνης τὸν ἀριστέα ἀνατρέψας
παρεία ἐς τὸ κάτω χωρεῖν. καὶ τοίνυν κατήγετο ὁ στρατιώτης
ὁ φιλοκίνδυνος μετὰ τῆς ἐρωμένης ἐπάλξεως. τὸ δὲ συμμαχι-
κὸν τὴν προτέραν σωτηρίαν ὀρέγουσι μετὰ φοβεροῦ τοῦ θεάμα-
τος τῷ πάντα τολμηρῷ. ἀτὰρ ἐξάντης τοῦ πτώματος ὁ τραυ-
ματίας γενόμενος καὶ τρίτον ἆθλον ἁψπάζεται, ὥσπερ ἀμάχου
τινὸς καὶ θείας δυνάμεως ἐς τὸν πόνον παροτρυνούσης αὐτόν.
B ἐπεὶ δ' ἀνείρπυσε τῆς στεφάνης τοῦ ἕρκους, λοιπὸν ἐπιβάς, τὸν
ἀκινάκην σπασάμενος, τὸν κηφῆνα τῆς ἑαυτοῦ ἀρετῆς ἐκεῖνον
αὐτὸν τὸν Πέρσην ἀπέκτεινε, καὶ οὖν τὴν κεφαλὴν ἀπὸ τῆς δέ-
ρης ἀφελόμενος τοῖς πολιορκοῦσιν ἀπέπεμπεν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι
τὸ γεγονὸς θεασάμενοι ἀνεθάρρησαν καὶ τῶν κινδύνων ὠρέγοντο.
ἀδελφὸς δέ τις τοῦ Σάπειρος ἐκείνου (πρεσβύτης δ' οὗτος τὴν
ἡλικίαν) ἐπεὶ γέγονε τῆς ἀρετῆς θεατής, καὶ ζηλωτὴς παραχρῆμα
τοῦ ἐγχειρήματος γίνεται, καὶ ἄνεισι καὐτός, ἀδελφὰ τῷ ἀδελ-
C φῷ μηχανώμενος. εἶτα μετ' ἐκεῖνον καὶ ἕτερος, καὶ μετὰ τοῦ-
τον πολλοί· κάλοις γὰρ λοιπὸν ἀνεδύοντο οἱ προκατειληφότες τὸ
ἐχύρωμα, καὶ ταῖς πύλαις ἀράττουσι, καὶ εἰσαγώγιμον λοιπὸν
ἦν τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον. καὶ οὕτω κρείττους τῶν πολεμίων
γενόμενοι τὸ φρούριον παρεστήσαντο, καὶ οὓς μὲν ἀνεῖλον, οὓς
δὲ διέσωζον καὶ εἰς αἰχμάλωτον μετεβίβαζον τύχην. τὰ δὲ κτή-

20. τοῦτο IP.

piam cirris sive acetabulis complexus est: inde enim avelli non potest. tum Persa adversarius simili impetu ut ante insurgit, et cum pinna Romanorum impulsibus paulo ante labefactata strenuum virum deturbat. cum amata igitur pinna miles nullius formidator periculi delabitur. socii cum terribili spectaculo omnia audenti priorem curationem ad salutem ministrant. at enim vulneratus cum denuo ex eo casu salvus evasisset, tertiam pugnam aggreditur, ac si invicta quaedam et divina virtus ad facinus illum extimularet. ubi igitur intra coronam munitionis irrepsit, deinceps irruens educto gladio suae virtutis fucum et populatorem illum ipsum Persam interfecit, caputque praecisum infra propugnaculum proiicit. Romani factum intuentes resumunt animos et experiri fortunam concupiscunt. frater autem Saperii illius, magno natu, ubi facinus spectavit, extemplo id ipsum aemulans ipse quoque ascendit et cum germano germana molitur. mox post illum alius, et post hunc plures scalis stuppeis ascendunt, oppidoque capto ac portis perfractis militem Romanum introducunt; atque ita hostibus superiores castellum

μιατα λαφυραγωγήσαντες ἀπῆραν ἐντεῦθεν, σκοπους περιβαλόντες τῷ ἐχυρώματι. ὥρας δ' ἐπιούσης χειμῶνος ἄνεισιν ὁ Φιλιππικὸς ἐπὶ τὸ Κωνσταντίνειον ἄστυ, στρατηγὸν ἐναφεὶς τὸν Ἡράκλειον. ὁ μὲν οὖν Ἡράκλειος λειποταξίου ποινὰς τοὺς πλανήτας τῆς Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως εἰσεπράττετο· καὶ ὅσοι τῷ πόνῳ χαίρειν εἰπόντες τηνάλλως δεῦρο κἀκεῖσε περιενόστουν, βασάνοις ἐπὶ σωφροσύνην μετήγοντο.

in ditionem accipiunt, et partim incolarum occidunt, partim pro captivis servant, bona diripiunt secumque auferunt, et praesidium illic relinquunt. hieme iam ingrediente Philippicus ad Heraclium summa belli delata Cpolim discedit. Heraclius deserti ordinis poenas ab erronibus Romani exercitus exigit. et quotquot labore relicto huc illuc otiose vagabantur, suppliciis sapere docebantur.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΛΟΓΟΣ Γ'.

THEOPHYLACTI
HISTORIARUM
LIBER III.

PONTANI ARGUMENTUM.

(1) *Priscus in locum Philippici surrogatur. annona militum contracta. Germanus episcopus Damasci honorifice a Prisco habetur. cur ab eo Monocartum ductus. Prisci fastus in contemnendo more vetusto. tumultus in castris duas ob causas. imago Christi ad sedandas turbas circumlata. dux periculum fugit; detrahi militibus de consueta annona vetat; medicum quaerit a quo sanetur.* (2) *tabernaculum Prisci diripitur. legatus eius ad exercitum. Germanus quanquam multum repugnans dux cooptatur. episcopus legatus spernitur. statuae et imagines imperatoris deiiciuntur abolenturque. Edesseni episcopi irrita legatio. clades Orientis.* (3) *legati ad Priscum. eorum in militibus placandis infelix conatus. Priscus Bysantium discedit. adversus Philippicum rebellio. Persae occasione utuntur: Constantinam obsident. a Germano depelluntur. Aristobulus palatii praefectus milites ad officium revocat.* (4) *Martyropolis aditu Romani a Persis prohibentur. hostes insequentes dimicatione devincunt. in imperatorem benevolae mentes accipiunt; captivis et spoliis eum honorant. Philippici timor. stipendia persoluta. Roma Longobardis restitit. Mauri in Africa domantur.* (5) *carcer Giligerdi castelli, in quem diversi mortales includebantur; unde se et alios per caedem Romani eximunt. Philippicum Gregorius Antiochiae antistes exercitui conciliat. Persae Martyropolim occupant. Sitta dolum machinato, Persis Romani succumbunt. Philippico amoto Comentiolus in munere succedit.* (6) *Comentiolus cum Persis acie congressus fugit. Heraclii miranda virtus. Aphraates dux Persicus occidit; Persae in fugam vertuntur. munera imperatori de praeda mittuntur. ludi ob vi-*

ctoriam Byzantii. Suaniam in Colchis Persae invadunt. Turcarum luxus in auro et argento. Persis vicissim tributa pensitant. praeda Suaniae Babylonem mittitur. dux, Romanus nomine, a Mauricio in Colchidem missus. (7) *Romanus reditum molitur, milites placat, hostium consilia indagat. Romani exploratores dolo deluduntur et torquentur. Varamus provinciam Romanorum depopulatur, abeuntes sequitur. phalanx eius in fuga caeditur. conflictu totis copiis inito, Persae superati fuga universi salutem petere contendunt. Romani insequuntur.* (8) *Hormisdas Varamum bifariam dedecorat, a quo contra contemnitur. Armenii praetore suo iugulato rebus novis abstinentur operam. Comentiolus turbas componit. defectionis inventorem clementia imperatoris conservat. ad Persicas tragoedias παρασκευή. Sarames ad capiendum vinciendumque Varamum missus ab eodem elephanto obiicitur.* (9) *ad tempora Iustini iunioris et Tiberii propter originem belli Persici declarandam digressio. belli execratio. Iustinus foedera transgreditur. Romani in Persas, Persae in Romanos belli causam coniiciunt. mendacium Persarum.* (10) *Marcianus patricius in Orientem dux mittitur; tribus millibus Arsacenam depraedatur. prope Sargathum Persae caeduntur. Thebothum castellum inaniter oppugnatur. Chosroae senioris in Romanos expeditio. Adormaanes Romanorum loca populationibus miscet, suburbana Antiochiae aedificia demolitur, Apameam incendio foedat.* (11) *Marcianus gradu movetur. Dara a Persis capitur. indutiae. Tiberius a Iustino collega asciscitur. eiusdem Iustini ad eundem de imperio legitime administrando sapiens et pia paraenesis.* (12) *gratulatio populi de Tiberio in collegam ascito. eius de pace legatio et liberalitas. Iustiniani ducis laus. pecuniae bene collocatae fructus. inter Romanos et Persas foedus. Romanorum propter Chosroae praesentiam trepidatio.* (13) *ducis Romani excellentissima concio, qua suis acriter et cum mortis contemptu confligendi ardorem conatur immittere. fiduciam vincendi ex hostium et sacrorum Persicorum despicientia auget. dicit autem incise et membratim, quo dicat vehementius.* (14) *Romanus miles pugnam sitit. Persae in hostes cum fastu gradiuntur. ambarum acierum diversa dispositio. vincuntur Persae et fugiunt. Chosroae turpis reversio. eiusdem lex de Romanis in posterum bello non lacessendis.* (15) *Romani Persidem infestam habent. in mari Hyrcano piraticam faciunt. domum redeunt. Persae in regem suum contumeliosi. militaris annonae apud eos ratio. de pace utrinque legationes. Romanis in Armenia subactis pacem Persae repudiant. Mauricius in Armeniam mittitur, in Persidem irrumpit: febrim habet. multa castella diruuntur. captivorum Persarum ingens numerus.* (16) *Romani multa loca ad vastitatem redigunt. Iustini decessus, et monarchia in Tiberium translata, eius encomium. Chosroae filius Hormisdas succedit; cuius immanitas describitur: causa subicitur, ariolorum falsa praedictio. nequitia daemonum. alia Hormisdae scelera.* (17) *Hormisdae superbia. pacem aversans tributa postulat. Mauricius Persidem deformat. in Cappadociam abit; in Persidem per solitudinem Arabiae properat: cum Nomades barbari prosequuntur, quorum infidelitas reprehenditur. inanis Mauricii conatus. ad Callinicum oppidum Romanorum victoria.* (18) *ad Constantinam Romani Persas caedunt. Mauricius Byzantium redit, defunctoque Tiberio principatum capessit. reditus ad ordinem historiae, sed prius de Varami patria, genere, fortuna, gestis honoribus, et quo pacto exercitum in regem exulcerarit.*

A. C. 588. V 177 D 1. Φιλιππικὸς μὲν οὖν ἀνὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἐπέπυστο Πρίσκον ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος στρατηγὸν ἐγχειρίζεσθαι, καὶ τῆς Ταρσοῦ ἐπιβὰς Ἡρακλείῳ δέλτους συνέταξε, δι' ὧν ἐνεσήμαινε καταλιπόντα τὸ στράτευμα ἐς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐπανελθεῖν, ἐς τὴν Ἀρμενίαν γενόμενον, Ναρσῇ τε τῷ Κωνσταντίνης πόλεως ἡγεμόνι μεθιέναι τὸ στράτευμα. καὶ τὸν βασιλέως δὲ νόμον ἀρ-
P 62 τίως αὐτῷ ἐπιφοιτήσαντα παραγυμνώσας ἐκέλευσε καὶ ἐς τὸ ἐναργὲς τοῖς στρατεύμασι παραδεῖξαι, Πρίσκῳ διαφθονούμενος. ἦν δ' ἄρα ὁ νόμος στρατιωτικῶν σιτήσεων ὕφεσις, ἡ δ' ἀπομείωσις τετάρτη ἐτύγχανεν οὖσα ἀπόμοιρα. καὶ γέγονε καθάπερ ὁ στρατηγὸς ἐνετέλλετο. ἦρος δ' ἐπιγενομένου ὁ μὲν ἀπεχειροτονεῖτο, ὁ δὲ τῆς ἡγεμονίας ἀπήρχετο. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος ἐπιβὰς τῆς Ἀντιοχείας προστάττει εἰς τὸ Μονόκαρτον τοὺς στρατιώτας συλλέγεσθαι, καὶ τῇ Ἐδέσσῃ προσομιλήσας περιτυγχάνει Γερμιανῷ, καὶ περιλαβὼν δεξιῶς κατησπάζετο ἐκ τῆς ἐπιδημίας γενόμενον (Δαμασκοῦ γὰρ οὗτος διεκόσμει τὸν θρόνον), ἀνακλίνας τε εἰς
B δεῖπνον αὐτὸν τῇ ἐπιούσῃ ἐφιλοφρονήσατο. μετὰ τοίνυν ἡμέρας τέτταρας ἀπεφοίτα τῆς Ἐδέσσης ὁ στρατηγός, τόντε τῆς ἱερατικῆς καθέδρας προλάμποντα μεθ' ἑαυτοῦ συνελάμβανε, καὶ ὡς τὸν χάρακα ᾔχετο (ἦν γὰρ ἡ ἡμέρα προσδόκιμος καθ' ἣν εἴθιστο ἑορτάζειν Ῥωμαίοις τὸ σωτήριον ἐκεῖνο πάθος, δι' οὗ τὸν κόσμον εἰσεποιήσατο ὁ μονογενὴς παῖς τοῦ θεοῦ, ὁ τὴν φύσιν ταὐτὸς

1. Philippicus Priscum ab imperatore ducem renuntiatum esse in via intelligens, postquam Tarsum attigit, ad Heraclium litteras dat, mandans uti exercitum Narsae praesidi Constantinae tradat, ipse in patriam suam in Armeniam revertatur. imperatoris praeterea decretum nuper sibi missum exponit, et de eo palam militibus significari vult, invidia adversus Priscum stimulatus. erat autem hoc decretum, ut de demenso sive annona militari quarta pars detraheretur. factum ut dux imperavit. iam igitur ipso vere Philippico abdicante Priscus inivit. is ut Antiochiam est ingressus, militibus conventum ad Monocartum indixit, Edessamque veniens illic Germanum reperit, quem eo peregre profectum (Damasci quippe sedem pontificiam tenebat) civiliter complexus et osculatus, vocatum ad coenam postridie humaniter amanterque tractavit. post diem quartum Edessa discedens virum illum episcopali dignitate illustrem secum ad castra ducit. imminebat enim dies, quo salutiferos cruciatus atque necem, per quam unigena dei filius patri natura aequa-

τῷ πατρὶ καὶ τὴν βασιλείαν ὁμότιμος· οὗτος δέ ἐστιν ὁ Χριστός), τοῦτο ὑποτοπάσας ὁ στρατηγός, ὡς οὐ δεῖ αὐτὸν μὲν ἐν πόλει τὴν ἐγκύκλιον τῆς ἀναστάσεως πανηγυρίζειν ἡμέραν, τὸ δὲ Ῥωμαϊκὸν ἐν πεδίῳ κατηφέστερόν πως ἑορτάζειν δοκεῖν, πολιτικῆς θυμηδίας ὥσπερ στερισκόμενον. διά τοι τοῦτο τὸν ἱερέα παραλαβὼν ὡς τὸ Μονόκαρτον ἐβάδιζεν. ὁ δὲ Γερμανὸς προῆγε, τὴν τοῦ στρατηγοῦ παρουσίαν ἑξάκουστον ποιούμενος τοῖς στρατεύμασι. μετὰ τοίνυν ἡμέρας δύο οἱ ταγματάρχαι ἀπήντων τῷ στρατηγῷ ὡς ἀπὸ τριῶν σημείων τοῦ χάρακος, ναὶ μὴν καὶ οἱ τῆς ἐκτάξεως ἅπαντες. ἔθος δὲ γεγηρακὸς ἐνευδοκιμεῖ τῷ στρατοπέδῳ, τὸν μέλλοντα τὰς στρατηγίδας περιβαλέσθαι ἡνίας, ὁπηνίκα αὐτῷ τὰ στρατεύματα ὑπαντήσωσιν, ἀποβαίνειν τοῦ ἵππου καὶ διὰ μέσου χωρεῖν τοῦ ὁπλιτικοῦ καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοῖς ἀσπασμοῖς τὸ στρατόπεδον. ὃ δὴ μὴ πεποιηκότος τοῦ Πρίσκου, ἀλλὰ καὶ πάνυ μὲν οὖν τοῦτον δὴ τὸν πρεσβύτην ἀποσκωρακίσαντος νόμον, οὐ μετρίως ἔφερε τὴν ὕβριν τὸ στράτευμα. τῇ τοίνυν πρώτῃ τῆς πανηγύρεως ἡμέρᾳ εἰρηναίως ὁ στρατηγὸς διετέλεσε. τρίτης δὲ ἡμέρας παρῳχηκυίας, καὶ τῆς τῶν στρατιωτικῶν σιτήσεων ἀπομειώσεως οὐκέτι ἐν παραβύστοις ἀλλ' ἐς τὸ φανερὸν γενομένης τῷ πλήθει παντί, ἀναρχίας ἀκμὴ λαμβάνει τὴν πρόοδον, καὶ πρὸς τῇ σκηνῇ τοῦ στρατηγοῦ τὰ πλήθη συρρέουσιν, ἃ μὲν λίθους ἐπιφερόμενα, ἃ δὲ καὶ ξίφη, ὡς ἑκάστῳ καθυπούργησεν ὁ καιρός. τοῦ δὲ ταράχου ὁ στρατηγὸς

lis et imperii honore par, Christus, inquam, humanum genus sibi reconciliavit, solemni caerimonia recolere Romani consueverunt. sic namque secum ratiocinabatur, non esse iustum se resurrectioni sacratum diem in urbe anniversarium agere, Romanos in campo foris, velut urbana laetitia exclusos, tristiores ducere ferias videri. quocirca episcopum assumens Monocartum ire perrexit. caeterum Germanus Priscum antecedens exercitui super eius adventu nuntium apportat. post biduum itaque cohortium praefecti, quin immo milites omnes, ad tertium fere lapidem duci obviam e castris prodeunt. porro castrensis quaedam consuetudo vigebat, eaque vetus et laudabilis, ut qui ad exercitum regendum adveniret, occurrentibus sibi honoris causa militibus equo descendens armatorum medius graderetur totumque exercitum comiter salutaret. quod cum Priscus facere omitteret et morem hunc plane contemneret, ea contumelia apud milites graviter offendit. ac primo quidem festorum solemnium die in pace fuit. tertio elapso, cum iam de demensi seu victus diminutione constaret inter omnes, contumacia et licentia adversus ducem magis amplificata, ad tentorium eius turmatim ruunt, pars lapides iactantes, pars gladios distringentes, ut cuique telum occasio ministrabat. dux fremitum ac tumultum auribus accipit: quid sibi istuc velit percunctatur. illis ad interrogata nihil respondentibus, nisi hoc

αὐτήκοος γέγονε καὶ τὴν αἰτίαν διεπυνθάνετο. τῶν δὲ πρὸς τὴν πεῦσιν μηδὲν ἀποκρινομένων αὐτῷ πλὴν ἢ "ἀνατέτραπται πάσης τάξεως ἁρμονία, τοῦ στρατοπέδου ἀνηγεμονεύτου τυγχάνοντος," ἰδρῶτι περιερρεῖτο ὁ πολέμαρχος Πρίσκος καὶ φόβῳ πολλῷ συνεστέλλετο, διαπορουμένης αὐτῷ τῆς ψυχῆς ὅ τι καὶ δράσειεν. τῷ μὲν οὖν Ἰλιφρέδᾳ τὸ θεανδρικὸν ἴνδαλμα παραγυμνώσας ἐδίδου (ἀχειροποίητον δὲ τοῦτο Ῥωμαῖοι κατονομάζουσι), περινοστεῖν προστάξας τὸ στράτευμα, ὅπως αἰδοῖ τοῦ σεβάσματος ταπεινωθείη μὲν ὁ θυμός, τὰ δὲ τῆς ἀκοσμίας πρὸς τὸ σῶφρον τὴν μεταβολὴν ἀπενέγκοιτο. τοῦ δὲ πλήθους μηδὲν ἐντεῦθεν σωφρονιζομένου, ἀλλὰ καὶ βάλλοντος τὸ ἀπόρρητον λίθοις, εἰκότως ὁ στρατηγός, ἵππῳ τινὸς τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως περιτυχών, πρὸς φυγὴν ἐκδοὺς ἑαυτὸν παραδόξῳ σωτηρίᾳ τινὶ τὸν κίνδυνον παρεκρούσατο. ἱπποφορβοῖς τοιγαροῦν προσομιλεῖ τοῖς τὰς ἵππους τὰς στρατιωτικὰς περιβύσκουσι. κἀκείνων μετὰ μεγίστων κινδύνων τὰς χεῖρας διαφυγὼν τῆς Κωνσταντίνης πόλεως ἐπιβαίνει πυλῶν, ἄρτι τὰς διατριβὰς τοῦ Μονοκάρτου ἀπολιπών. συνεκδημεῖ τοιγαροῦν μετὰ τοῦ στρατηγοῦ τῇ πόλει καὶ θόρυβος. οἱ μὲν οὖν τῆς Κωνσταντίνης οἰκήτορες ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν ἐκπεπληγμένοι τὰς ψυχὰς διετέλουν· ὁ δὲ στρατηγὸς τοῖς ἡγεμόσι τῶν πόλεων τοῖς τε τῶν φρουρίων ἐφεστηκόσι δι' ἐπιστολέων ἐνεχάραττε γράμματα, μηδὲν τῶν συνηθῶν ἀποστερεῖν τὰ στρατεύματα, μήτε δὲ καταπλαγῆναι τὰς ψυχὰς τῇ ἀθρόᾳ τῶν γεγενημένων παρόδῳ. ἐζήτει δὲ καὶ ἰατροῦ

P 63
V 178
B

12. ἵππον IP.

unum, omnis ordinis quasi concentum quendam nunc perisse, cum exercitus imperatore careat, Prisco sudor ire per corpus et artus occupare tremor coepit, animo haesitanti quid ageret. ergo Iliphredae dei atque hominis effigiem, quam ἀχειροποίητον (hoc est, non mortali manu confectam) Romani appellant, involucro nudatam per castra circumferendam committit; quo ad aspectum rei adorandae excitata reverentia furorem comprimeret, et in modestiam quietemque rerum perturbatio transiret. verum enimvero, cum multitudo nihilo hinc modestior saniorque evaderet, quin potius sacrosanctam imaginem lapidibus appeteret, dux equum cuiusdam e satellitibus imperatoris nactus haud immerito sese in fugam tradidit, periculumque capitis praeter opinionem depulit: nam et cum pastoribus equariis, militum equos circum ea loca pascentibus, congressus eorum manus non citra summum discrimen effugit. iamque Monocarto relicto Constantinam urbem petivit, in quam urbem fama ducem ipsum comitata est. ac cives quidem Constantinae stupere super his quae contigisse audiebant, dux vero urbium castellorumque praefectis per amanuenses scribere, praecipereque ne quid de consueto demenso

τέχνην ἐπιφανεῖσαν αὐτῷ φάρμακα τοῖς περὶ τὴν γαστροκνήμην C
ἥκιστα ἐπιτίθεσθαι, ἐδεινοπάθει γὰρ ἐπὶ τοῖς μώλωψιν, οὓς
αὐτῷ ἡ τῶν λίθων φορὰ διενείματο.

2. Τὰ μὲν οὖν τῆς στάσεως τῷ στρατοπέδῳ διεμηνύετο.
περισχίζεται γὰρ τὸ τοῦ στρατηγοῦ σκηνοπήγιον, λωποδυτεῖται D
δὲ παρὰ τοῦ πλήθους καὶ τὰ τῆς περιουσίας ὁ Πρίσκος, ἀποδι-
δράσκουσι δὲ καὶ οἱ τῶν συνταγμάτων ἡγεμονεύοντες, καὶ ἐς
μέγα κακοῦ τὰ τῆς ἀναρχίας ηὐξάνετο. μετ' οὐ πολὺ δὲ τὸν τῆς
Κωνσταντίνης πρόεδρον ὁ στρατηγὸς εἰς τὸ στρατόπεδον πρε-
σβευτὴν διεπέμπετο, κατισχυριζόμενον τὰ τῆς στρατιωτικῆς λύ-
πης παρηγορεῖν, καὶ ὡς μετέθετο τὴν γνώμην ὁ αὐτοκράτωρ
Μαυρίκιος, καὶ βασιλικὸν ἐπιφέρεται γράμμα ἐγκελευόμενον ἀνα-
ζευγνύναι πρὸς τὸ σύνηθες τὰς στρατιωτικὰς ἐπιδόσεις. ἐπεμέ-
φετο δὲ Φιλιππικῷ Πρίσκος ὁ στρατηγός, καὶ τῆς ἀταξίας αὐτὸν
διεθρύλλει γεγονέναι πατέρα ὡς εἰσηγητὴν τῆς μειώσεως τῶν
στρατιωτικῶν ἐπιδόσεων Μαυρικίῳ γενόμενον. ταῦτα δ' εἰκῇ
διερραψῴδει ὁ Πρίσκος. ὁ μὲν οὖν ἱερεὺς ὁ πρέσβυς ὡδοιπόρει
καθὼς προσετέτακτο· τὰ δὲ στρατεύματα συναθροίζεται, καὶ
στρατηγὸν χειροτονεῖν ἐδοκίμαζε, διά τοι τοῦτο μετάκλητον τὸν P 64
Γερμανὸν ποιησάμενοι, καὶ εἰσαγώγιμον εἰς τὸ βουλευτήριον ἐνεγ-
κάμενοι, ἠξίουν ἐγχειρίζειν αὐτῷ τὰς στρατηγίδας ἡνίας. τοῦ
δ' ἀποπεμπομένου τὴν τοῦ στρατοπέδου ἀξίωσιν, τῶν δὲ κατα-
ναγκαζόντων αὐτὸν ἔσεσθαι περὶ τὴν χειροτονίαν πειθήνιον, καὶ
προσαπειλούντων καὶ θάνατον τῆς παρακοῆς εἶναι τὸ διαζήμιον,
νικῶσι τὰ τῶν στρατευμάτων βουλεύματα, καὶ στρατηγὸς Γερ-

exercitui demerent, neve percellerentur, si crebrius quae facta essent sedirent. quaerebat etiam medicum, a quo cataplasmatis tibiae dolor et vibices lividae lapidum iactu sibi impositae curarentur.

2. Seditio militaris augescit, tentorium ducis dilaceratur, supellex in praedam concedit, duces quoque aufugiunt, et quod caput nullum esset, id maiori semper malo erat. non multo post dux antistitem Constantinae in castra legat, lenire studens militum aegritudinem, quod scilicet sententiam mutasset imperator, a quo litteras afferret, a quibus mandaretur uti annonaria erogatio in pristinum revocaretur. accusans autem Philippicum Priscus auctorem eum tumultus fuisse iactabat, ut qui Mauricio demensi contrahendi consilium dedisset. sed haec ille temere fabulabatur. antistes igitur iuxta atque imperabatur inibat iter, et exercitui in unum coeunti creandum esse ducem videbatur. quare Germanum accersunt, in concilium introducunt, militaris imperii summam ei permittere aequum bonumque censent. Germanus exercitus petitionem repudiat. illi obedientiam in oblata dignitate amplectenda urgent, et ni obediat, mortem pro poena intentant. quid multa? vincit eorum deliberata sententia, et Germanus praeconis voce dux promulga-

μανὸς ἀνακηρύττεται, ὅρκῳ περιφράξας τὰ τοῦ συνοίσοντος, ὡς
B ἀπέχονται Ῥωμαῖοι τοῦ λωποδυτεῖν τὸ ὑπήκοον τῆς ἀταξίας ἐκποδὼν γινομένης. διωμολόγητο δὲ καὶ καταπολεμεῖν αὐτοὺς τὸ ἀντίπαλον. καὶ ταύταις ὁ στρατηγὸς ταῖς συνθήκαις περιφραξάμενος οἷα θώρακιν ἀκαταγωνίστοις τισὶν ἡγεμονεύειν Ῥωμαίων ἠσμένισε. γίνεται γοῦν ὁ ἱερεὺς ὁ πρέσβυς πρὸς τὸν στρατηγὸν καὶ τὸ στρατόπεδον. ὁ μὲν οὖν παρεκάλει τὸ στράτευμα πρὸς σωφροσύνην ἰδεῖν· οἱ δ' ἀπηχθάνοντο τῷ ἱερεῖ, καὶ τοὺς λόγους τοῖς ὠσὶν οὐ παρεδέχοντο, ἀλλ' οἷα βάρβαρον ὄψιν ἐξενηλάτουν
V 179 τὰ παρὰ τοῦ πρέσβεως αὐτοῦ εἰσηγούμενα. παρενεγγύων δὲ καὶ
C τὸν Πρίσκον ἐξωθῆσαι τῆς πόλεως. οἱ μὲν οὖν τοὺς βασιλικοὺς ἀνδριάντας καταρρίπτειν ἐνεχείρησαν· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. ἀφανίζουσι δὲ καὶ τὰ διὰ τῆς γραφῆς ἀναθήματα, ἅπερ σανίσι καὶ πίναξιν εἰς βασιλέως τιμὴν χρωματουργίᾳ συνετάττοντο τεχνικῇ· μηδὲ γὰρ ἀνέχεσθαι ἔφασκον ὑπὸ βασιλέα παλιγκάπηλον εἶναι. ὁ δὲ πρόεδρος τῆς Κωνσταντίνης κατάδηλα ταῦτα ἐποιήσατο Πρίσκῳ. τοίνυν ὁ Πρίσκος καὶ τὸν τῆς Ἐδέσσης τοῦ ἱερατικοῦ ἐξηγούμενον πρεσβευτὴν ἀπέστελλε τοῖς στρατεύμασιν. ἀτὰρ ὁ
D ἱερεὺς γενόμενος πρὸς τὸ στράτευμα καὶ πολλοὺς λόγους καταβαλόμενος ἀνεπιτεύκτως τὴν ἐπανάζευξιν ἐποιήσατο. τὰ δ' ἐκ τῆς ἀταξίας δεινὰ τῇ ἀνατολῇ ἐπεκύμαινε, καὶ πάντῃ κακὸν κακῷ ἐπεστήρικτο, ἵνα καὶ ποιητικῆς συμφορᾶς μνήμην ποιήσωμαι, τῶν μὲν τὰς περιουσίας ἀποβαλλομένων, ἄλλων περὶ τὰς ὁδοὺς

12. ἀνδριάντων IP.

tur, cum prius communem utilitatem iureiurando exacto confirmasset, ut Romani seditione ac turbis e medio sublatis, diripiendis ac spoliandis subditis vim minime facerent. pactus etiam cum illis est uti hostes oppugnarent. haec ubi pactis tanquam loricis quibusdam inexpugnabilibus communivit, ad gubernacula promptus accessit. venit itaque ad ducem et exercitum legatus episcopus; rogat milites, considerent quid modestia moderatioque postulent. illi succensere, auribus dicta respuere, et quae consuleret, veluti nova et peregrina repellere. hortabantur insuper uti Priscum urbe Constantina exigeret. et ipsi quidem statuas imperatoris deturbare non sunt veriti. praeterea in honorem imperatoris coloribus et arte pictas tabellas sustulerunt, quod se imperatori cauponi servire nolle affirmarent. antistes Constantinae haec ad Priscum refert: Priscus Edessae praesulem ad exercitum rursus legat; qui multo sermone frustra consumpto rediit. iam vero ex huiuscemodi confusione tumultuque exortae calamitates Orientem ceu fluctus quidam pervadebant, et ubique malum superveniente malo vires et robur acquirebat, ut et a poeta descriptae calamitatis mentionem faciam, cum alii rem familiarem amitterent,

λῃστρικώτερον βιαζομένων, ἑτέρων ἐν τοῖς ἀγροῖς ληΐζομένων, τῆς τυραννίδος κομώσης καὶ παρεχομένης τοῖς ἀδικήμασι τὸ ἀνέγκλητον. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος γράμμασι ταῦτα κατάδηλα Μαυρικίῳ ἐποιήσατο τῷ αὐτοκράτορι, (3) ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Φιλιππικὸν αὖθις ἐπιβαίνειν τῆς ἀνατολῆς ἐγκελεύεται. ἐπικηρυκεύονται τοιγαροῦν οἱ τῶν στρατευμάτων τὸν Πρίσκον τῆς Ἐδέσσης P 65 ὑπεξελθεῖν, πέντε καὶ τεσσαράκοντα τὸν ἀριθμὸν χειροτονήσαντες πρεσβευτάς. γίνονται γοῦν οὗτοι ἐν Ἐδέσσῃ τῇ πόλει παρὰ τὸν Πρίσκον, καὶ διαπορθμεύουσιν αὐτῷ τὴν τῶν στρατοπέδων προαίρεσιν. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος πλεῖστα ἀπελελόγητο, καὶ πείθει τοὺς ἀπεσταλμένους ὡς οὐκ ἐν ἀδίκῳ μοίρᾳ γέγονεν αὐτῷ τὰ ἐπίχειρα. οἱ μὲν οὖν ἐπηγγείλαντο τῷ Πρίσκῳ ὑπομαραίνειν τῶν στρατιωτῶν τὰς μανόλεις τῆς ὀργῆς φρυκτωρίας· ὁ δὲ Πρίσκος κεχηνὼς ταῖς ἐλπίσι πρὸς τῇ Ἐδέσσῃ τὰς διατριβὰς ἐπεποίητο. καὶ δῆτα ἀφίκοντο οἱ πρεσβευταὶ πρὸς τὸν χάρακα, καὶ τὰς ἀπο- B λογίας διεξῆεσαν Πρίσκου, ἐνεχείρουν δὲ καὶ τιθασσεύειν τὰ νεώτερα τῆς τυραννίδος σκιρτήματα. ὃ καὶ πρὸς κορυφαῖον αὐτοὺς ἀπῃώρησε κίνδυνον· μόλις γὰρ τὸν θάνατον ἀποκλίνουσι, τὸ ἰδιωτεύειν κατακριθέντες· τοῦτο γὰρ τὰ τῆς ὀργῆς ἐδογμάτιζεν. ἐκ τοῦ χάρακος τοίνυν ἐκβάλλονται, καὶ τοιούτοις δεινοῖς τὰ περὶ τοὺς πρεσβευτὰς ἐπεπέραστο. καταστρατοπεδεύουσι τοιγαροῦν οἱ τῆς ἀταξίας ἡγεμονεύοντες κατὰ Πρίσκου, καὶ πέντε χιλιάδας συντεταχότες μαχίμου δυνάμεως ἐπὶ τὴν Ἔδεσσαν ἀποστέλλουσι. C κατ' ἐκεῖνον γοῦν τὸν καιρὸν γίνεται Θεόδωρος περὶ τὴν Ἔδεσσαν, τὴν Φιλιππικοῦ ἄφιξιν ὑπισχνούμενος. διά τοι τοῦτο ἀπολιπὼν

alii in itineribus per vim et latrocinia spoliarentur, quorundam ab agris pecora et fruges raperentur, tyrannide eo usque luxuriante, ut qui iniuriarum agere auderet, inveniretur nemo; super quibus Mauricium imperatorem Priscus per litteras certiorem fecit. (3) imperator Philippicum rursus in Orientem proficisci iubet. exercitus igitur per quinque et quadraginta legatos Priscum monet uti se Edessa subducat. hi Edessam ingressi militum ei voluntatem denuntiant. Priscus sui defendendi affert plurima, legatisque persuadet secum iniuste agi. tum illi promittunt se ira et furore ardentes militum animos nonnihil sedaturos. qua spe nixus apud Edessenos moras trahit. legati in castra reversi responsionem Prisci exponunt, ferociores illorum spiritus temperare conantur; quod eos summum in discrimen adduxit: nam cum vix interitum effugissent, capite diminuti sunt, ad vitam privatam condemnati. huius supplicii irrogandi magistra ipsis iracundia fuit. e castris igitur electi hunc calamitatis suae exitum tulerunt. principes seditionorum Priscum bello appetendum rati, quinque egregiorum militum millia instruunt, quos Edessam mittunt. quo tempore Theodorus Edessam veniens de Philippici adventu

ὁ Πρίσκος τὴν Ἔδεσσαν γίνεται ἐς Βυζάντιον. οἱ δὲ περὶ τὸν χάρακα Ῥωμαῖοι ἔτι τῇ ἀταξίᾳ τε περιεπλέκοντο, τὸν Φιλιππικὸν ὅσον οὔπω ἐπιβαίνειν τοῦ Μονοκάρτου αἰσθόμενοι, ὅρκους τε διέθεντο μηδὲ τῆς ἐκείνου στρατιαρχίας ἀνέχεσθαι. τὸ δὲ Περσικὸν ταῖς Ῥωμαϊκαῖς συμφοραῖς ἐντρυφῶν, τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ περιεκέχυτο καὶ τῇ Κωνσταντίνῃ προσέβαλλε· καὶ διπλοῦς ταῖς πόλεσιν ὑπῆρχεν ὁ πόλεμος, ἔκ τε τῶν οἰκειοτάτων καὶ τῶν πολεμίων ἐκτρεφόμενός τε καὶ λιπαινόμενος. καὶ οὖν τὸ τῶν Ῥωμαίων συνάθροισμα ἀπόμαχον διετέλει, οὐδὲν μέλον αὐτῷ, ὡς περὶ ἀλλοτρίων τοῦ πράγματος τῶν γινομένων τὴν φροντίδα τιθέμενον. Γερμανὸς δὲ χιλιάδα ἐκ τῆς μαχίμου καθοπλίσας δυνάμεως, τῇ Κωνσταντίνῃ ἀθρόως ἐπιφανεὶς τῶν προσδοκίμων αὐτῇ κακῶν ἠλευθέρωσε. μόλις δὲ παραθήγων ὁ στρατηγὸς τὰ Ῥωμαίων συντάγματα καὶ παροτρύνας τοῖς ῥήμασι χιλιάδας τέτταρας συναθροίζει, καὶ τοῖς Περσικοῖς ἐνδημεῖν ἐγκελεύεται. ὁ δ' Ἀριστόβουλος (ἦν δ' ἄρα οὗτος τῆς βασιλικῆς οἰκίας προεστὼς τοῦ βασιλέως τοῦ Ἀντιόχου προσαγορευομένης) τοῖς στρατεύμασιν ἐπίδημος ἦν ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἐκπεμφθείς. οὗτος πῇ μὲν τοῖς δώροις πῇ δὲ τοῖς λόγοις ὑπομαλάττει τὸ τῆς τυραννίδος ἀτίθασσον. (4) στρατοπεδεύεται γοῦν τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐπὶ τὴν Μαρτυρόπολιν, πρὸς τὸ εἰρηναῖον μεταβαλόμενον. ἀπόμοιρα δέ τις τῶν στρατοπέδων τῇ Περσίδι πάλιν εἰσβάλλει. ὁ μὲν οὖν Μαρουζᾶς ὁ τοῦ Περσικοῦ στρατηγὸς ἐπιφανεὶς κωλύμην τῆς ἐπιστασίας Ῥωμαίοις παρείχετο. ἐπανέζευξαν τοιγαροῦν

P 66 V 180

nuntium perfert. quamobrem Priscus Edessa relicta Byzantium petit. qui in castris erant Romani et Philippicum Monocartum brevi venturum intelligebant, adhuc adversus eum tumultuari, et sacramento inter se fidem astringere eius imperium minime toleraturos. Persae ex Romanorum miseriis voluptatem capientes ditionem Romanam praedando divexant et Constantinam adoriuntur; habebantque urbes bellum duplex, quod illud et maxime domestici et hostes externi alerent et (ut ita loquar) saginarent. caeterum Romanae cohortes solutae curis, et quae gerebantur, non secus atque aliena et ad se nihil pertinentia intuentes, ab armis feriabantur. Germanus mille assumptis, et apud Constantinam de improviso conspectus, malis, quorum erat in metu, eam liberat. qui cohortando et impellendo vix tandem quatuor millia collegit, et in Persidem tendere iussit. at Aristobulus, domus regiae quae Antiochi appellatur procurator, ab imperatore ad exercitum missus, qua muneribus qua verbis, duros et implacabiles animos aliquantum emollivit. (4) Romanus itaque exercitus pacem complexus Martyropolim abit. pars in Persidem iterum irrumpit. Maruzas Persicarum copiarum imperator se obiiciens urbis aditu eos excludit. hinc per Arzanenam regionem et

οἱ Ῥωμαῖοι διὰ τῆς Ἀρζαννηνῆς καὶ τοῦ Νυμφίου ποταμοῦ πρὸς τὰ οἴκοι· συνείπετο δὲ καὶ Μαρουζᾶς τοῖς Ῥωμαίοις κατόπιν. συνέρρευσε τοιγαροῦν τὸ Ῥωμαϊκὸν ὁμοῦ καὶ τὸ ἀντίθετον βάρβαρον περὶ τὴν Μαρτύρων πόλιν, καὶ γίνεται Ῥωμαίοις καὶ Πέρ- B
σαις ἐπιφανέστατος πόλεμος. κληροδοτεῖται δὲ τῷ Ῥωμαϊκῷ νίκη μεγαλοπρεπὴς καὶ περίδοξος· ἀναιρεῖται γὰρ ὁ τῶν Περσῶν στρατηγός, ἥλωσαν δὲ τοῦ Περσικοῦ ζωγρηθέντες τρισχίλιοι, καὶ οἱ ἐν τέλει δορυάλωτοι γίνονται, καὶ μέχρι χιλίων τὸ τῶν βαρβάρων γενόμενον σύνταγμα πρὸς τὴν Νίσιβιν γίνεται. τοῦ τοίνυν
φόνου γενομένου μεγάλου τε καὶ ἀξιαγάστου Ῥωμαίοις καὶ τῆς λαφυραγωγίας λαμπρᾶς, συναθροισθὲν τὸ στρατόπεδον διαλύον- C
ται· τὴν ἔχθραν πρὸς τὸν Μαυρίκιον, καὶ γεραίρουσι λαφύροις πολλοῖς τὸν αὐτοκράτορα, πέμψαντες ὡς αὐτὸν καὶ τὰ σημεῖα τοῦ Περσικοῦ, ἃ τῇ πατρίῳ φωνῇ βάνδα Ῥωμαῖοι κατονομάζουσιν. ὁ δὲ Φιλιππικὸς ἐν τῇ Ἱερᾷ λεγομένῃ πόλει ἐνηυλίζετο, τῷ φύβῳ συσταλεὶς τῆς ἀταξίας, καραδοκῶν τὴν τῆς ἀναρχίας μεταβολήν.

Χειμῶνος τοιγαροῦν ὥρας διαδεξαμένης τὸν πόλεμον τῇ ἀεικινήτῳ καὶ ἀμοιβαίᾳ τῶν τρόπων μεταβάσει ὁ χάραξ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ διαλύεται. ἐπιγινομένου δ' ἦρος καὶ προσηνῆ καὶ ἐπίχα- A. C. 584.
ριον ὄψιν παρεχομένου τῇ γῇ, ἡ κατὰ τὸ εἰωθὸς τοῦ χρυσοῦ δια- D
νομὴ τῷ μαχίμῳ ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἐξεπέμπετο. ὃ δὲ Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν πόλεμος ἐσφρίγα τε καὶ ἐσφάδαζε. τὸ δὲ Γετικόν, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν αἱ τῶν Σκλαβηνῶν ἀγέλαι, τὸ περὶ τὴν Θρᾴκην ἐς τὸ καρτερὸν ἐλυμαίνετο. οἱ δὲ Μῆδοι τοῖς Ῥω-

Nymphium flumen domum revertentes idem Maruzas insequitur; nec procul Martyropoli eos assequitur, ubi praelio in primis memorabili concursum est, et Romani magnificam atque inclitam victoriam retulerunt. nam Persarum dux occubuit, capti ter mille cum optimatibus: mille circiter Nisibin secesserunt. Romani post tantam tamque admirandam hostium stragem et superba spolia conventu celebrato, odia in Mauricium deponenda decernunt, eumque cum aliis iisque multis de praeda bellica honorant, tum Persica signa (quae patria nostra voce banda dicuntur) ad eum transmittunt. Philippicus Hierapoli, timore turbarum et exspectatione status domino carentis immutandi, interim se tenebat.

Hieme bellum excipiente, secundum morum mobilitatem vicissitudinemque castra dissolvuntur. vere autem placidum et iucundum terris vultum exhibente pro consuetudine aurum in militem pro stipendio distribuendum ab imperatore mittitur, bellumque inter Romanos et Persas recrudescit et agitatur denuo. Getae seu (quod idem est) Sclavini Thraciae proxima valide devastant. Persae Romanis ducibus forte oc-

μαίων στρατηγοῖς συγκυρήσαντες παρανάλωμα φόνου ἐγίνοντο. Ῥώμη δ' ἡ πρεσβῦτις ταῖς τῶν Λογγοβάρδων ἀντεῖχεν ἐφόδοις. τῇ δὲ Λιβύῃ αἱ τῶν Μαυρουσίων δυνάμεις διετέλουν ἐξίτηλοι, καὶ τῷ πλήθει τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀνδραγαθημάτων πρὸς τὸ ταπεινὸν καὶ κατητονημένον ἀπέκλινον. οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖναι μετὰ τῶν ἀσπίδων καὶ τὰς ἡνίας κατέθεντο, τὸν αὐχένα Ῥωμαίοις ὑποχαλάσασαι, καὶ τήν τε ἠρεμίαν ἐνηγκαλίζοντο. ὁ δὲ Φᾶσις οὐκ ἐθολοῦτο τοῖς αἵμασιν· εἰρηναῖον γὰρ ῥεῖθρον τέως περιεβάλλετο, τῷ διαυγεῖ τῆς ἡσυχίας καταρδεύων τοὺς Κόλχους,
P 67 μηδαμοῦ κεκτημένος Μῆδον οἰκήτορα. καὶ ὧδέ πως τὰ Ῥωμαίων διετίθετό τε καὶ συνετάττετο.

B 5. Ἐν τούτῳ τοιγαροῦν τῷ καιρῷ τελεσιουργοῦνται κατὰ τὴν Μηδικὴν οὐκ ἀναξιόλογα διηγήσεως πράγματα. ἀλλ' ἄγε δὴ ἐνείρωμεν καὶ τάδε τοῖς τῆς ἱστορίας μέλεσιν εὐκοσμότατα, οἷά περ ὅρμον τινὰ λιθοκόλλητον, ὀφθαλμοῖς διανοίας ἑστίασιν, ὧτων δὲ θυμηδίαν, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, καὶ πανήγυριν. φρούριον, Γιλιγέρδων ὄνομα αὐτῷ, ἐνδοτέρω δὲ τοῦτο τῆς Μηδικῆς ᾠκοδόμηται, ἐν χώρᾳ ἐπιλεγομένῃ Βιζακοῦ, οὐ πόρρω Βενδοσαβειρων τῆς πόλεως. πρόσεστι δὲ τούτῳ καὶ τις εἱρκτή· Λήθην δὲ
V 181 ὀνομάζουσι ταύτην οἱ βάρβαροι. ὁ δὲ χῶρος ὥσπερ γῆ θεῷ ὀργὰς βασιλικῷ θυμῷ ἀνατίθεται, καὶ τέμενος δυσμενείας ἀποκα-
C λῶν τις τὸ φρούριον οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος. ἐναποκλείονται τοίνυν ἐνθάδε ὅσοι τοῖς δικτύοις τῆς τοῦ βασιλέως λύπης ἁλίσκονται, τοῦτο μὲν ὑπήκοοι, τοῦτο δὲ καὶ δορύκτητοι.

currentes ab iis velut aliud agentibus morte multantur. Roma vetus Longobardorum impetus retundit. in Africa Maurorum copiae magis magis extenuari, quos Romanorum virtus paulatim multis egregiis facinoribus ad humilitatem redegit atque enervavit, ut cum armis etiam habenas seu imperium deposuerint, Romanisque cervices summittentes otium maluerint. Phasis caesorum sanguine non inquinabatur: pacificum enim flumen tum pellucida quiete Colchos irrigans circumfluebat, nullum uspiam de Persis habens incolam. Romanarum rerum conditio atque ordo istiusmodi fuit.

5. Per hoc tempus res in Perside narratu haud indignae contigerunt, quas huic corpori historiae nostrae ornando ceu monile aliquod baccatum oculis animi, ceu epulas et oblectamentum, atque panegyrim auribus inseramus. arx erat in interiore Perside, Giligerdum vocabulo, in regione cui nomen Byzacus, haud procul ab urbe Bendosabiron. in eo visebatur carcer, quem barbari Lethem dixere. locus quodammodo occasionem irae regis animo subministrat; et si quis castellum malevolentiae fanum appellaret, recte appellaret. huc includuntur quotquot regis ira tanquam retibus capit, partim subditi, partim bello in pote-

Ἰουστίνου γε οὖν τοῦ νεωτέρου τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας ἡγεμονεύοντος, παρεστήσατο τὴν πόλιν τὴν λεγομένην Δάρας ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς. ἔδοξε γοῦν τῷ βασιλεῖ, καὶ γίνονται Δαρηνοὶ τῶν φρουρίου τούτου οἰκήτορες. ὑπῆσαν δὲ καὶ Καδασηνοὶ ἐν αὐτῷ· βάρβαρον δὲ τὸ φῦλον τῆς Μηδικῆς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἕτεροι τὸ κακοπραγεῖν κληρωσάμενοι, καὶ κοινὸν ἄθροισμα ταλαιπωρουμένων ἀνδρῶν τὸ φρούριον ἐνηγκάλιστο. γίνεται γοῦν τοῖς ἑτερογενέσιν εἰς συμφωνίαν τὰ κοινὰ δυστυχήματα, καὶ οὓς γένος καὶ νόμος καὶ γλῶττα διεῖλετο, συνῆψεν ἡ τῶν παθημάτων D οἰκείωσις, τῷ ἀδελφῷ τῆς ἀνάγκης καταμεταθετήσασα τὴν ὁμόνοιαν. ἐξάρχουσι δῆτα τῆς ἀνδρείας οἱ Δαρηνοί, καὶ αὐτοβοεὶ τοῖς ἐν ποσὶν ὀργάνοις πολέμου χρησάμενοι ἀναιροῦσι τοὺς φύλακας. καὶ τοῦ φόνου ἐκκαιομένου πρὸς τὸ λαβρότερον (πλῆθος γὰρ ὑπῆν στρατιᾶς φρουρούσης τὸ φρούριον) νικῶσι Ῥωμαῖοι, καὶ συνεξάγουσι τοῦ φρουρίου καὶ τοὺς τῶν ἀτυχημάτων αὐτοῦ κοινωνούς, καὶ πολλὰ παθόντες καὶ δράσαντες εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐπανέζευξαν.

Τῶν δὲ περιφανῶν ἐκείνων θριάμβων γεγονότων Ῥωμαίοις, A. C. 590.
ἔτι πρὸς τῇ Μαρτυροπόλει ὁ πόλεμος ἐξηρτύετο, ὡς φθάσαντες εἴπομεν, ὁπηνίκα καὶ Μαρουζᾶς ὁ τῶν Περσῶν στρατηγὸς ἐν τῇ παρατάξει ἐτύγχανεν ὢν πεπτωκώς, ἥλωσαν δ' οἱ τῶν δύο κεράτων ταξίαρχοι, ἥ τε κεφαλὴ Μαρουζᾶ τοῦ στρατηγοῦ ἐς Βυζάντιον ἦκεν. ὁ δὲ Φιλιππικὸς ἔτι ἀπεδοκιμάζετο ἐκ τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως καὶ ἀποστράτηγος ἦν· οὐ προσίετο γὰρ κηδεμόνα τὰ P 68

statem adducti. ergo Iustino iuniore Romanam procurante rem publicam rex Persarum urbem Daram subiugavit. Dareni tum captivi, quoniam ita regi placebat, arcem hanc pro captivis incolere incipiunt. tenebantur ibidem Cadaseni (quaedam Persidis barbara gens est), quin etiam alii, quibuscum fortuna durius egerat, et communis quidam miserorum afflictorumque hominum coetus illic servabatur. quid fit? mala communia genere discordantibus concordiam pariunt; quosque genus leges lingua discreverant, miseriarum coniunctio ex similitudine necessitatis conspirationem meditata copulat. strenuum itaque facinus Dareni ordiuntur, bellicisque instrumentis, quae in promptu erant, primo insultu custodes occidunt. cumque in caede ferventius omnes versarentur, a plurimis siquidem castellum undique custodiebatur, Romani superiores calamitatum socios e castello secum educunt, variisque casibus iactati ad exercitum suum revertuntur.

Postquam triumphum illum praeclarum Romani retulerunt, adhuc bellum ad Martyropolim durabat, ut ante docuimus, quando captis duobus cornuum praefectis, Marusas Persarum summus imperator in acie oppetit, et caput eius Cpolim transportatum est. Philippicum pro duce nondum admittebat exercitus; non, inquam, administrationem hanc eum

TAYLOR INST. OXFORD

πλήθη τὸν πρὸ μικροῦ περὶ τὸν Ἀρζαμῶν ἀνδραγαθήσαντα. εὐμετάγωγον γὰρ τὸ πλῆθος καὶ δυσάρεστον πέφυκε, καὶ φίλον αὐτῷ τὸ τῆς μεταβολῆς ἀεικίνητον. γενομένου τοίνυν Φιλιππικοῦ περὶ τῶν Κιλίκων ἐπαύλεις, αὐτοκρατορικοῖς γράμμασιν αὖθις εἰς τὴν Συρίαν παλινδρομεῖ, καὶ μόλις ὑπὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ προσεδέδεκτο, Γρηγορίου τοῦ Ἀντιοχείας τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον τὸ τηνικαῦτα διέποντος, διαλλάξαντος τῷ στρατηγῷ τὰ στρατεύματα. ἡ δὲ Μαρτύρων πόλις τότε δὴ ἥλω ὑπὸ Περσῶν, οὐ τοῖς ἐκ πολέμων νόμοις, προδοσίας δὲ δόλοις, οἷς εἴωθε κλέ-
B πτεσθαι τὰ μὴ δυνάμενα παρὰ τῶν ἀντιπάλων κατεργάζεσθαι μάχαις. ὁ δὲ τοῦ δόλου πατὴρ Σίττας ἐτύγχανεν ὤν. οὗτος αὐτομολήσας πρὸς Πέρσας ὑποπείθει σιδηροφορῆσαι τετρακοσίους τοῦ βαρβαρικοῦ, ὑποχρίνεσθαί τε προσχωρήσειν Ῥωμαίοις, παραφανῆναι δὲ τῇ πόλει. οὗ γεγονότος τοὺς ἀστοὺς ἔπειθε Σίττας ὡς προσκεχωρηκότας Ῥωμαίοις τοὺς βαρβάρους εἰσδέξασθαι. ἐξαπιναίως τοίνυν τοῦ κακοῦ γενομένου οἱ βάρβαροι τὸ πόλισμα ἐγκολπίζονται. ὁ δὲ Φιλιππικὸς ταῦτα μεμαθηκὼς στρατοπεδεύεται, καὶ χάρακα ἐπὶ τὴν πόλιν ἐνέβαλε. διὰ τοιοῦτο ἐπι-
C στρατεύει καὶ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς, καὶ Μεβόδην Σουρίνα τὸν υἱὸν ἀντεξώπλιζεν. ἐπεὶ δ' οὐκ ἀποχρῶσα δύναμις τῷ Μεβόδῃ ὑπῆν, ἀποστέλλεται παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως καὶ Ἀφραάτης ὁ κατὰ τῆς Ἀρμενίας τὰς στρατηγίδας λαχὼν τοῦ πολέμου ἡνίας. τοίνυν συγκεχροτημένου πολέμου, πταίουσιν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἐλάττονες γίνονται τοῦ σκοποῦ, καὶ νικᾷ τὸ τῶν

suscipere patiebatur, qui apud Arzamonem insigne virtutis suae documentum dederat. est enim multitudo natura inconstans, cui difficile placeas, perpetuaeque mutationis cupida. Philippicus litteris a Mauricio acceptis e Cilicia, ubi morabatur, in Syriam redit. ibi aegre ab exercitu est receptus, cum Gregorius, Antiochenus id temporis archiepiscopus, eum in gratiam et amicitiam militum restituisset. Martyropolis vero tum non quidem more et lege bellica, sed dolo et insidiis (quibus latenter surripi consueverunt, quae manu et armis obtineri ab adversariis nequeunt) occupata est. fraudis architectus quidam Sittas fuit. hic ad Persas transfugiens, suadet uti de illis quadringenti armati defectione ad Romanos simulata ad urbem accedant. quo facto vicissim civibus auctor est idem Sittas, uti transfugas illos tanquam Romanorum socios intromittant. hoc impetrato barbari subito oppidum pro suo vindicant. quod ubi Philippicus rescivit, illuc infesto agmine progressus castris oppidum circumdat. mittit eo copias etiam rex Persarum, quibus Meboden Surinae filium praefecit. cui cum numerus quem habebat non sufficeret, ab rege Aphraates Armenicae militiae praefectus submittitur. conserta igitur pugna Romani spe frustrati barbaris palmam cedere com-

βαρβάρων στρατόπεδον. τοῖς μὲν οὖν ἐν Μαρτύρων πόλει διαφρουροῦσι Πέρσαις ἐπίθετος γίνεται δύναμις, καὶ εἰς τὸ καρτερὸν ὑπὸ τῶν Περσῶν ἡ πόλις διεφυλάττετο· ὁ δὲ Φιλιππικὸς D
ἀπεχειροτονεῖτο παραυτίκα, (6) Κομεντίολον δὲ στρατηγὸν ὁ A. C. 591.
5 αὐτοκράτωρ ἀνίστησιν. ἀφικνεῖται τοιγαροῦν ὁ στρατηγὸς ἐς V 182
τὰ προαύλια τῆς Περσίδος αὐτῆς, καὶ περὶ τὴν Νίσιβιν (Ἀντιόχεια δ' αὕτη τῆς Μυγδονίας τὸ πάλαι προσηγορεύετο) συμπλέκεται Πέρσαις, περὶ τὸ Σισαρβάνων οὕτω λεγόμενον. καὶ τοῦ πολέμου λαβόντος τὴν πρόοδον, ὁ Κομεντίολος τὰ νῶτα τῇ πα-
10 ρατάξει ὑπέδειξε. καὶ μεγάλης αὐτῷ τῆς φυγῆς γενομένης καὶ μέχρι τῆς Θεοδοσίου πόλεως τῆς ἀποδράσεως ἀκμαζούσης, Ἡράκλειος ὁ Ἡρακλείου πατὴρ τοῦ αὐτοκράτορος τὴν τῶν ἀνδραγαθημάτων ὑπεροχὴν λίαν ἀνδρικῶς ἀπεφέρετο, καὶ κατάδηλος ἦν ἐνευδοκιμῶν ἐν τῷ δόρατι. ἀναιρεῖται γοῦν ὁ τῶν Περσῶν στρα- P 69
15 τηγός, ὃν Ἀφραάτην ὁ λόγος ἀπέδειξεν, ἤδη που καὶ Μεβόδου ἐν τῇ πρὸς Φιλιππικὸν μάχῃ ὑπὸ Ῥωμαϊκῆς πεφονευμένου βολῆς. τῶν δὲ Ῥωμαίων διὰ τὴν φυγὴν τῶν Περσῶν ἀπενεγκαμένων τὴν εὔκλειαν, εἰκότως τὰ τῶν βαρβάρων ἐσκυλεύετο σώματα, καὶ γίνεται τοῦ νενικηκότος τὰ κτήματα. τῇ δ' ἐπιούσῃ καὶ τοῦ
20 Περσικοῦ χάρακος ἐπιβάντες Ῥωμαῖοι, καὶ τούτου κρατήσαντες, τῶν τροπαίων τὸν ἔλεγχον ἐς βασιλέα παρέπεμπον, ξίφη χρύσεα τιάρας τε Περσικὰς καὶ τὰς λιθοκολλήτους ζώνας, ἃς οἱ μαργαρῖται τοῖς βαρβάροις λαμπρύνουσι, τά τε σημεῖα τῆς παρατά- B
ξεως, ἅπερ Ῥωμαίοις εἴθισται τῇ πατρῴᾳ φωνῇ βάνδα ἀποκα-
25 λεῖν. ὁ δ' αὐτοκράτωρ τὰς νικηφόρους συλλαβὰς ὑπὸ τοῦ στρα-

pulsi sunt. augetur Persicum praesidium Martyropoli, custoditurque ab iisdem firmissime. Philippicus illico abire praefectura cogitur, cuius locum Comentiolus imperatoris auctoritate capessit. (6) venit ergo ad vestibula Persidis Comentiolus, et ad Nisibim usque, olim Antiochiam Mygdoniae appellatam, ubi ad Sisarbanum cum Persis praelio experitur. quo ingravescente terga dat. illo effuse usque Theodosipolim fugiente, Heraclius Heraclii Augusti pater longe maximum praestantis animi facinus viriliter edidit, et in omnium conspectu non sine nominis sui gloria decertavit. cadit Persarum dux Aphraates, de quo diximus. fuerat prius et Mebodes a Romano in pugna adversus Philippicum interfectus. et quia Persis fugientibus Romani victoriae decus reportabant, merito etiam barbarorum cadavera, ut victores, spoliabant. luce sequenti cum castra quoque Persarum invasissent eaque obtinuissent, argumenta quaedam tropaeorum suorum gladios inauratos, tiaras Persicas, cingula gemmis insertis collucentia, quibus barbari superbiunt, signaque militaria, quae patrio sermone Romanis banda dicuntur, imperatori mittunt. qui denis triumphalibus a duce susceptis exhilaratus et laetitia perfusus,

τηγοῦ προσδεξάμενος ἱλαρύνετό τε καὶ κατηυφραίνετο, καὶ ἱππικοὺς προσέταττεν ἀγῶνας τελεῖσθαι, καὶ κατορχεῖσθαι τοῖς δημοτικοῖς ἐγκελεύεται, ὡς εἴθισται Ῥωμαίοις πανηγυρίζουσιν.

Ἐπεὶ δὲ τὸν πρὸς Ἀφραάτην ἀπεπερατώσαμεν λόγον τοῖς διηγήμασι, φέρε δὴ φέρε καὶ τὰ περὶ Σουανίαν τοῖς Ῥωμαίοις πραχθέντα τοῖς τῆς ἱστορίας λειμῶσιν ἐπιφυτεύσωμεν· καὶ ζωγράφοι γὰρ τὰ περιφανῆ καὶ μεγάλα τῶν μελῶν ἐγχαράξαντες οὐ
C πρότερον τοῦ φιλοτεχνήματος ἀποπαύονται, πρὶν ἂν καὶ τὰ σμικρότατα μέλη τοῦ σύμπαντος τοῖς πίναξιν ἐγχαράξωσιν. ἔτος ὄγδοον τῆς Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ Βαρὰμ ὁ τῶν Περσῶν στρατηγὸς ἅμα ταῖς δυνάμεσι τοῦ βαρβαρικοῦ ὑπὸ Ὁρμίσδα τοῦ τῶν Περσῶν βασιλέως κατὰ Σουανίας ἐκπέμπεται. καὶ ἀδοκήτου τῆς ἐπιστασίας τῶν Περσῶν γεγονυίας, τὸ σπουδαζόμενον τῇ ῥαθυμίᾳ ἐγίνετο· λῃΐζεται γὰρ ἡ Σουανία κάρτα κομιδῇ. καὶ ἄσχετον ἦν τὸ κακόν· ἐχήρευε γὰρ τοῦ στρατηγήσαντος, τῆς Κολχικῆς ἀνηγεμονεύτου ὑπούσης κηδεμόνος τε ὀρ-
D φανῆς καθεστώσης, ὡς οἷα περὶ τὴν ἕω τοῦ πολέμου σφριγῶντος. τῶν Οὔννων τοιγαροῦν τῶν πρὸς τῷ βορρᾷ τῆς ἕω, οὓς Τούρκους ἔθος Πέρσαις ἀποκαλεῖν, καταπολεμηθέντων λίαν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐγκρατῶς ὑπὸ Ὁρμίσδα τοῦ βασιλέως τῶν Πάρθων, ἐπὶ τὴν Κολχίδα ὁ Βαρὰμ τὸν πόλεμον μετεβίβαζεν. ἐς τοσοῦτον γὰρ οἱ τῆς Περσικῆς ἤρθησαν βασιλείας αὐχένες ὡς φορολογεῖσθαι ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων τοὺς Οὔννους, τὸ πρὶν τεσσαράκοντα χιλιάδας χρυσῶν ἠρεμίας προφάσει τοὺς Μήδους εἰσπρατ-

equestres ludos celebrare populumque saltationibus sese oblectare hortatus est, quemadmodum Romani ludos panegyricos committere consueverunt.

Nunc quoniam orationem ad Aphraatem deduximus, age, etiam quae ad Suaniam a Romanis gesta sunt, historiae campis velut plantam aut stirpem inseramus. nam et pictores, ubi conspicua et magna membrorum pinxerunt, non ante ab opere manum tollunt quam et minima membra seu partes totius in tabula penicillo expresserint. octavus Mauricii annus volvebatur, cum Varamus Persarum dux ab Hormisda rege cum copiis barbaricis contra Suaniam mittitur, repentinoque hostium adventu desidia ad sedulitatem excitatur. depraedationibus quippe maiorem in modum vexabatur, nec erat tolerabilis calamitas, quando et duce, a quo defenderetur, carebat (quia Colchis tum praetorem non habebat) et tanquam orphana, tutore quoque destituebatur, armis in Oriente ferventibus. Hunnis itaque in Oriente Boream versus incolentibus, quos Turcas vocare Persis mos est, summa vi ab Hormisda rege, ut uno verbo dicam, debellatis, Varamus bellum in Colchidem promovit. tantum enim Persarum opes excreverant, ut cum antea pacis nomine Hunnis quadraginta aureorum millia penderent, tum eadem tributi nomine

τόντων τῶν Οὔννων. πολυχρύσου τοίνυν τῆς τῶν Τούρκων ἀρχῆς ὑπὸ τῶν Περσῶν γεγονυίας, ἐς μεγάλην τοῦτο δὴ τὸ ἔθνος ἐτέτραπτο πολυτέλειαν· κλίνας τε γὰρ ἐσφυρηλατοῦντο χρυσᾶς καὶ τραπέζας καὶ κύλικας καὶ θρόνους καὶ βήματα ἱππικούς τε κόσμους καὶ πανοπλίας, καὶ ὅσα τῇ μέθῃ τοῦ πλούτου ἐπινενόηται. χρόνῳ δ' ὕστερον παρασπονδησάντων τῶν Τούρκων καὶ ἀξιούντων περαιτέρω τῶν εἰωθότων δίδοσθαι χρημάτων αὐτοῖς καὶ βαρυτάτην ἐπενθήκην γενέσθαι, τῶν τε Περσῶν τὸ τῆς ἐπιβολῆς τῶν φόρων οὐ φερόντων φορτίον, χειροτονεῖται ὁ πόλεμος. καὶ λαμπρᾶς τοῖς Πέρσαις γενομένης τῆς νίκης, ἀντικαταρρεῖ μετὰ τῆς τύχης τὰ πράγματα καὶ ὑπὸ τῶν Περσῶν φορολογοῦνται οἱ Τοῦρκοι, προσαφαιρεθέντες καὶ ἃ πρότερον αὐτοῖς συνήθροιστο χρήματα, καὶ πάλιν κομᾷ τὰ Περσῶν, καὶ περίβλεπτα τῷ Ὁρμίσδᾳ καθεστήκει τὰ τρόπαια· λαφυραγωγοῦνται γὰρ κλῖναι καὶ τράπεζαι καὶ θρόνοι χρυσοῖ κόσμος τε ἱππικὸς ἀμφορεῖς τε καὶ πάντα τὰ ἐς τυράννων συντεταγμένα τιμήν. ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν αὐτῷ τὰ περὶ τοὺς Τούρκους ἐλήλακεν, ἀνατείνει κατὰ Σουανίας τὴν μάχαιραν, τῆς Σκυθικῆς Πέρσαις ἀπομαρανθείσης ἐκτάξεως. περίδοξος τοίνυν ὁ Βαρὰμ κατὰ τὸν Τουρκικὸν γενόμενος πόλεμον τῇ Σουανίᾳ προσομιλεῖ, καὶ λείας κρατήσας περιφανοῦς καὶ ἐπὶ τὴν Βαβυλωνίαν ἐκπέμψας ἐς τὸν Ἀράξην στρατοπεδεύεται ποταμόν, ὃν Ἔρας ἀποκαλοῦσιν οἱ βάρβαροι. ὁ δ' αὐτοκράτωρ τῶν συμβεβηκότων ἀκηκοὼς Ῥωμανὸν τοῦ πολέμου κηδεμόνα καθίστησι. γενόμενος οὖν ἐν τῇ Κολχίδι V 183 P 70 B

ab Hunnis exigerent. Turcarum itaque gens auro ditata Persico in luxum magnopere prodiit. nam lectos, mensas, scyphos, sedes, suggestus, ornamenta equestria et totas armaturas, et quaecunque tandem divitiarum ebrietas excogitaret, ex auro solido conficiebant. procedente tempore cum Turcae foedus sanctum esse amplius non paterentur, pensionemque pecuniarum ingenti auctario grandiorem postularent, et Persae summae tributariae adiectitium onus non ferrent, bellum utrinque paratur, Persisque illustri parta victoria res Turcarum simul cum fortuna collabitur. illorum stipendiarii fiunt, et insuper, quam prius coacervarant, pecuniam amittunt; denuoque res Persicae florent, et Hormisda insigniter triumphat, ablatis in praedam lectis, mensis, sedilibus aureis, ornamentis equestribus, amphoris, et quaecunque demum ad principum honorem magnificentiamque instituta et comparata sunt. ubi enervatis Turcarum viribus res illi ex sententia processit, et Mars Scythicus Persarum virtute emarcuit, gladium contra Suaniam sustulit. itaque Varamus bello Turcico claritatem adeptus, Suaniae infestam manum admovet, factaque praeda non contemnenda, et Babyloniam missa, ad Araxem fluvium, quem barbari Eras nominant, exercitum adducit. Mauricius haec audiens Romanum militiae ducem constituit. is ut in Colchi-

ὁ στρατηγός, ἣν Λαζικὴν ἡ συνήθης μετωνόμασε γλῶττα, καὶ τῷ ἐκεῖσε ἱεραρχοῦντι κοινολογησάμενος, ἀπάρας ἐντεῦθεν στρα-
C τοπεδεύεται ἐπὶ τὴν Ἀλβανίαν αὐτήν. (7) ὁ δὲ Βαρὰμ πυθόμενος τὴν Ῥωμαϊκὴν παρουσίαν ἐγεγήθει· ἦρα γὰρ Ῥωμαϊκῆς παρατάξεως, ἀεί πως αὐτῷ γελᾶν τὴν τύχην οἰόμενος. διά τοι τοῦτο διαπεραιωσάμενος τὸν γείτονα ποταμὸν ἐπὶ τὸ Κανζάκων τὴν ὑποχώρησιν ἐπεποίητο, ἐφελκόμενος ὥσπερ ἐπὶ τὰ ἐνδότερα τῆς Περσίδος Ῥωμαίους. τούτων γοῦν ὁ Ῥωμανὸς ὑπαισθανό-
D μενος φιλυπόστροφος γίνεται, τὸ συνοῖσον τῇ προθυμίᾳ πραγματευόμενος. ὑποθορυβοῦντος δὲ τοῦ πλήθους καὶ διαγανακτοῦντος καὶ τῆς πρὸς τὸ πρόσω ἐφιεμένου φορᾶς, λόγοις ἐχέφροσι κατηύναζεν ὁ στρατηγὸς τὰ τοῦ στρατιωτικοῦ θράσους οἰδήματα. ἐπεπόμφει δὲ καὶ ὁπλίτας πεντήκοντα ἀνερευνᾶσθαι τὰ τῶν πολεμίων κινήματα. οὗτοι ἐντυγχάνουσι δύο κατασκόποις τοῦ Περσικοῦ, Ῥωμαϊκὴν περιβαλλομένοις ἐσθῆτα, οἱ δὲ τοὺς
P 71 ἑλόντας ἀποβουκολίζουσιν, ἀποσκευάζονταί τε τὸν κίνδυνον, εἶναι Ῥωμαῖοι βεβαιωσάμενοι. καὶ πίστιν τοῦ λόγου προυτίθεσαν διὰ ξένης τινὸς ἀτραποῦ νυκτὸς παραδεικνύειν ἀφύλακτον στιβαδευόμενον τὸ πολέμιον. οἱ μὲν οὖν τὸν ὄλεθρον ἀσμενίσαντες, καὶ παρακρουσθέντες ὑπὸ τῆς ὑποσχέσεως, ἥλωσαν ὑπὸ τοῦ Περσικοῦ, ζωγρηθέντες τε καὶ μετὰ στρεβλώσεων τὰς ἀποκρίσεις πρὸς τὰς πεύσεις ποιούμενοι κατάδηλα πάντα τῷ Βαρὰμ ἐποιήσαντο, ὅπως ὁ Ῥωμανὸς τῆς Περσικῆς ἐπιβαίνειν οὐ τεθάρρηκε

11. ἐφιέμενος IP. 16. ἁλόντας IP.

dem pervenit (Lazicen vulgaris lingua mutata voce appellat) et cum antistite regionis consilia communicavit, inde discedens in Albaniam perrexit. (7) Varamus de adventu Romanorum edoctus laetabatur, quod cum iisdem praelia miscere avebat, semper sibi fortunam arrisuram arbitratus. quapropter vicino transmisso fluvio Canzacum recedit, Romanos in interiora Persidis quasi post se trahens. quae Romanus animadvertens redire concupiscit; quodque sibi conducibile putabat, ei studiose providet. multitudine autem subtumultuante indignanteque et progredi cupiente, militaris confidentiae tumorem prudenti oratione reprimit. quinquaginta praeterea armatos mittit, qui hostium machinationem pervestigent. hi duobus Persicis exploratoribus Romana veste indutis occurrunt, captos bonis verbis affantur. illi Romanos se asseverantes periculum amoliuntur, dictisque fidem astruunt, ignota quadam via noctu se hostes nullo custode per herbam iacentes ostensuros pollicentes. Romani vitam libenter condonantes, eorum promissis circumventi a Persis capiuntur. inde post cruciamenta ad interrogata respondent, quo pacto Romanus in Persidem ingredi non sit ausus, et quam exiguos numero

γῆς, τό τε ὀλιγοστὸν τῆς περὶ αὐτὸν μαχίμου δυνάμεως. τούτων γοῦν ἑαλωκότων, τρεῖς τὸν ἀριθμὸν περισωθέντες ἀναγγέλλουσι τῷ Ῥωμανῷ τὸ δυστύχημα. ὁ μὲν οὖν Βαρὰμ τὸν ποταμὸν διενήξατο, καὶ αὖθις τὴν Ῥωμαίων κεραΐζεται γῆν· ὁ δὲ B
5 τοῦ Ῥωμαϊκοῦ προεστὼς εἰς τοὐπίσω παλινοστεῖ. τοῦτο διεγνωκότες οἱ βάρβαροι ἐπετίθεντο τοῖς Ῥωμαίων συντάγμασιν. ὁ δὲ στρατηγὸς τῆς Κολχίδος στρατιὰν ἀθροίσας ἐσύκαζεν ὅπως ἔχει γνώμης τὰ τῶν Ῥωμαίων συντάγματα, καὶ εἰ ἀρρενικὰς ἔχουσι τὰς ψυχὰς πρὸς παράταξιν. τῆς Ῥωμαϊκῆς τοίνυν πληθύος πα-
10 ροτρυνομένης πρὸς πόλεμον, ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς τοὺς ἀλκιμωτάτους ἀπὸ τῶν ἀδρανεστέρων διέκρινε, καὶ τὸ μὲν μάχιμον ὡς ἑαυτὸν ἀνελάμβανε, τὸ δὲ ἀπόλεκτον περιφρουρεῖν τὸν χάρακα διεκώσμησεν. εἰς δέκα τοίνυν χιλιάδας τῆς μαχίμου ὁρώσης, δύο προθέειν τοῦ ὁπλιτικοῦ ὁ στρατηγὸς διετάξατο· αἳ τῇ προτρε-
15 χούσῃ τῆς Περσικῆς στρατιᾶς συναντήσασαι φάλαγγι γενναίως C
πᾶσαν διώλεσαν, κρημνοῦ συγκυρήσαντος καὶ τετευχότος τοῖς βαρβάροις τὰ τῆς διαφυγῆς ἀνεπίτευκτα. τῆς δὲ καταδιώξεως V 134
ἐμφανοῦς γενομένης καὶ μέχρι τοῦ βαρβαρικοῦ χάρακος λαβούσης τὴν πρόοδον, ὡς καὶ τὸν Βαρὰμ καταπλαγῆναι ἐπὶ τῇ συντάξει
20 τοῦ δράματος, ἐπανῆκεν ἡ προτρέχουσα δύναμις τῆς Ῥωμαίων πληθύος. καὶ τούτων καταφανῶν τῷ Ῥωμαίων στρατηγῷ γενομένων, καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκτάξεως ὀργώσης συμπλακῆναι τοῖς Μήδοις, ὁ Ῥωμανὸς τὴν ἀπόμαχον ἠρεμίαν ἠσπάζετο δέει τῆς ἀπειροπλασίου τῶν βαρβάρων ἀθροίσεως. ἐπεὶ δὲ οὐχ οἷός τε
25 ἦν χαλιναγωγεῖν τὸ ὑπήκοον τοῖς ἔναγχος ἀνδραγαθήμασι ζωπυ- D

milites circum se habeat. ex hisce captis tres salvi evadentes Romano duci infortunium nuntiant. Varamus traiecto fluvio iterum Romanam provinciam latrociniis infestam reddit. Romanorum ductor pedem refert, barbari persequuntur. tum dux Colchidis, Romanus, coacto in unum exercitu, quid animi habeant, et num ad pedem virili animo conferendum parati sint, exquirit. militibus pugnandi desiderio ardentibus, dux strenuissimos ab imbelli turba secretos assumit, reiectitios et imbelles castris custodiendis distribuit. cumque bellatorum illorum summa ad decem millia ascenderet, duo millia praeire iubet; qui cum in phalangem Persicas copias antecedentem incidissent, forti animo totam disperdiderunt, quod praecipitium occurrens barbaris effugium praecludebat. palam autem Romani fugientes persecuti etiam usque ad ipsum castrorum vallum pervenerunt, adeo ut et Varamus factum obstupesceret, et ita demum ad suos se receperunt. quos cum dux vidisset, Romanique cum Persis confligere vehementer anhelarent, dux, quod innumeram barbarorum multitudinem pertimesceret, quietem pugna vacantem maluit. sed cum eos cohibere nequiret recenti facinore animis redaccensos, certamen

ρούμενον, πρὸς παράταξιν τὰς δυνάμεις καθώπλιζε. συνήντα δὲ καὶ τὸ βάρβαρον. στρατοπεδεύονται γοῦν ἑκάτεραι δυνάμεις ἐν πεδίῳ τῆς Ἀλβανίας, ἃς διεῖργε τῆς παρατάξεως ἀπορρὼξ τις ἀγχιβαθὴς ἐκ τοῦ Ἀράξου ποταμοῦ προερχόμενος. τὰ μὲν οὖν πλήθη ἐπὶ ταῖς ὄχθαις ἐναυλιζόμενα τοῦ μεσιτεύοντος ὕδατος ἐδίδοσάν τε καὶ ἀντελάμβανον λόγους. τρίτη δ' ἡμέρα, καὶ ἄγγελος ἀπὸ τοῦ Περσικοῦ πρὸς τὸν Ῥωμαϊκὸν παραγίνεται τὸν πόλεμον ἐξαιτούμενος, χώραν τε τῇ διαβάσει ἢ Ῥωμαίους Πέρσαις παρέχεσθαι ἢ τὸ βάρβαρον τοῖς Ῥωμαίων στρατεύμασι. καὶ οὖν ὁ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ τὴν ἐπιστασίαν περιβαλόμενος, παν- στρατιᾷ συναθροισάμενος ξύλλογον, ὑπὸ τῆς πληθύος ἠξίου διδάσκεσθαι τὸ συνοῖσον αὐτοῖς πρὸς τὸν πόλεμον. τῶν δὲ συγχωρεῖν διανήξασθαι εἰσηγησαμένων τῷ στρατηγῷ τὸ πολέμιον, τῇ ὑστεραίᾳ ὁ λόγος πρὸς πρᾶξιν ἐχώρησεν. οὐ μετὰ πολὺ δὲ πρὸς ἔκταξιν ἑκατέρα παρεσκεύαστο δύναμις. τοῦ δὲ Βαρὰμ ἀποπειραθέντος κλέψαι τὸν πόλεμον, ἀντεστράτευεν ὁ Ῥωμανὸς
P 72 τοῖς σοφίσμασι τὴν ἀγχίνοιαν. ἡμέρα δὲ πέμπτη, καὶ Ῥωμαῖοι καὶ Μῆδοι πρὸς παράταξιν καθωπλίζοντο, καὶ τρισσοῖς συντάγμασι διεκόσμουν τὸν πόλεμον. τὸ μὲν οὖν μεσαίτατον κέρας τῆς βαρβάρου δυνάμεως ἐταπεινοῦτο ὑπὸ τῆς ἀντιθέτου παρασκευῆς. δεδιὼς τοιγαροῦν ὁ Βαρὰμ τὴν ἐπιφορὰν τῆς ὁλκῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκ τοῦ εὐωνύμου κέρατος περιεβάλλετο δύναμιν. ἐν-
B τεῦθεν ἀσθενεστέρου τοῦ λαιοῦ γεγονότος συντάγματος ἐκ τῆς ἀντιστρατηγούσης δυνάμεως, καὶ φόνου πολλοῦ τοῖς Πέρσαις περικυμαίνοντος, καὶ ἐς μέγα κακοῦ τῶν πραγμάτων τῷ Βαρὰμ κεχωρηκότων, πανστρατιᾷ τε τῆς φυγῆς γενομένης τοῖς Πάρθοις,

parat. procedunt contra hostes. utrique exercitus in campo Albaniae tendunt; quos profundum Araxis fluminis brachium dirimit, manentesque super ripas verba commutant. tertio die a Persis ad Romanum nuntius adest, conflictus copiam petens, ita ut aut Romani Persis aut Persae Romanis transitum concederent. dux Romanus vocato in concionem exercitu quaerit quid eis e re publica videatur. milites hosti fluminis transmittendi potestatem concedendam suadent. postridie verba ad rem conferuntur, nec diu post ordines parte ab utraque instruuntur. sed cum Varamus belli furta tentaret, Romanus callide eius astui obviam ivit. die quinta ambo se praelio accingunt, ac in tres ordines acieve digeruntur. mediam hostium Romana opposita premebat. inde Varamus metuens ne Romani quantum possent ad eam delendam incumberent, a sinistro cornu supplementum assumit. ex quo laevo cornu infirmiore propter eos qui contra dimicabant, cum et ingenti strage Persae concide-rentur, et Varami res loco pessimo essent, totusque exercitus fugam ca-

τῆς δὲ διώξεως μεγάλης καὶ ἐπισημοτάτης ὑπὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ προελθούσης, συναπέσβη μετὰ τοῦ τύφου τῷ Βαρὰμ καὶ ἡ τύχη. τοῖς μὲν οὖν τὰ τῆς ἀποδράσεως ἐκρατύνετο, τούτων δὲ τὰ τοῦ θράσους ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐμηκύνετο. οἱ δὲ τῶν Περσῶν τεθνεῶτες λωποδυτούμενοι καὶ ταφῆς ἀμοιροῦντες τοῖς ἐντυγχάνουσι θηρίοις ἑστίασις ἦν αὐτοσχέδιος.

8. Ταῦτα διαγνοὺς ὁ Ὁρμίσδας, καὶ τὸ τῶν ἀτυχημάτων οὐ φέρων κομψόν, αἰσχίσταις ὕβρεσι τὸν Βαρὰμ ἐξουθένησε, γυναικείας ἐσθῆτας ἔπαθλα τῆς ἀδοξίας κληροδοτήσας αὐτῷ· καὶ μὴν καὶ τῆς στρατηγίας ἀπεχειροτόνησε, τοῦτο γράμμασι βασιλικοῖς ψηφισάμενος. ἄρχεται δ' ἐντεῦθεν Μήδοις καὶ ὁ πόλεμος. ἀντευτελίζεται γὰρ ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ καὶ Ὁρμίσδας, ὃν βασιλέα Περσῶν ἐγνώκει τὰ πράγματα. τὰ δὲ τῆς ὕβρεως ἀντετυπεῖτο τοῖς γράμμασι, καὶ οὐ παῖς ἀλλὰ θυγάτηρ Χοσρόου ἐκεῖνος Ὁρμίσδας αὐτὸς ἐπὶ ταῖς ἀντιγραφαῖς προπηλακιζόμενος ἐνεγέγραπτο. πρό τινος δὲ τούτων βραχέος καιροῦ οἱ γειτνιῶντες πρὸς τῇ Περσίδι Ἀρμένιοι, ὑποπεισθέντες ὑπὸ τινῶν Ῥωμαίων ἀνδρῶν, ἀποστασίου ξυνωμοσίαν διέθεντο καὶ πρὸς τὸ Μηδικὸν αὐτομολεῖν ἐνεχείρησαν, δολοφονήσαντες τὸν ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἡγεμόνα τῆς Ἀρμενίας γενόμενον, Ἰωάννης ὄνομα αὐτῷ. καὶ ἐν σάλῳ τῶν πραγμάτων τῆς Ἀρμενίας ἀποκλινάντων, ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος Δομεντζίολον ἄνδρα περιφανῆ, φιλώτατόν τε καὶ εἰς συγκλήτου βουλὴν ἐν τοῖς κορυφαιοτέροις προλάμποντα, εἰς τὴν Ἀρμενίαν ἐκπέμπει. ὁ μὲν οὖν ἐγκοπὴν

pemeret, et Romani magna atque eximia persecutione fugientibus instarent, Varami felicitas cum eius fastu et insolentia extincta est. et illorum quidem fuga invalescebat, horum autem audacia, ut ita dicam, producebatur. corpora Persarum interemptorum spoliata bestiis occurrentibus epulo extemporaneo fuerunt.

8. Haec ubi didicit Hormisdas, ignominiae ex infortunio labem non sustinens Varamum probro turpissimo deformat, vestes muliebres in pretium contracti dedecoris ad eum mittens. quin etiam praefecturam regiis litteris comprehenso decreto eidem abrogat; unde inter ipsos Persas civile bellum emersit. etenim dux regem, par referens, despicit ac vilipendit. sed despicatum illum scripta epistola remetitur, in cuius superscriptione Chosroae non filium sed filiam infami irrisione nominat. porro paulo ante quam haec acciderent, Armenii Persarum finitimi quorundam Romanorum sermonibus inducti defectionis coniurationem fecerunt, iamque Ioanne, quem Armeniae praetorem imperator dederat, per dolum trucidato, cum Persis sese coniungere instituebant. cumque illius provinciae status in mediis tempestatum fluctibus versaretur, Mauricius imperator Domenziolum, virum spectatissimum sibique perquam carum atque inter primores consiliarios conspicuum, in Armeniam expedit; qui

τῇ ἐπιβολῇ τῆς ἀποστάσεως παρέχεται, τὸν δὲ τῆς τυραννίδος πατέρα (Συμβάτιος ὄνομα αὐτῷ) δέσμιον βασιλεῖ παρεστήσατο. τοῦ δὲ βασιλέως τεμένει διαιτητῶν τὴν βάσανον τῆς κατηγορίας
P 73 εὐσεβέστερον ἐξαρτήσαντος, ἵνα μὴ τῷ ἀνεξετάστῳ τῶν ἐγκλημάτων ἀδίκῳ παρρησίᾳ τὰ τῆς ποινῆς πολιτεύσηται, καθομολογεῖται παρὰ τοῦ αἰτίου τὰ πλημμελήματα. καὶ δῆτα τῶν δεδικακότων προσενεγκαμένων ἀπόφασιν, τιμωρίᾳ τε θηριοβλήτῳ φησάντων τοὺς τὰ τοιαῦτα δράσαντας ἐκποδὼν τῶν ἀνθρωπίνων γενέσθαι πραγμάτων, τοῦ τε θεάτρου πλησθέντος, καὶ μελλόντων εἶναι θηρίων βορὰ τῶν πεπραχότων τὰ πλημμελήματα, ταῖς εὐφημίαις τῶν δήμων τὸ τοῦ βασιλέως προῆλθε φιλάνθρωπον. καὶ ὁ μὲν τῶν θηρίων διεκρίνετο καὶ τὴν παράδοξον σωτηρίαν
B καρπίζεται, οἱ δὲ θεαταὶ μεγαλαυχοῦσι τῶν ἀδοκήτων τοῦ βασιλέως οἰκτειρμῶν τὸ φιλάνθρωπον.

Τοῦ πάντα δὲ χρόνου καινίζοντός τε καὶ παραχαράττοντος καὶ διαμορφοῦντος καὶ ἄλλοτε ἄλλως πλάττοντος, καὶ μετατρέποντος τῇ περιστροφῇ τῆς ἀεικινήτου δινήσεως, καὶ τῷ ἄξονι τῆς περιφορᾶς τῶν πραγμάτων τυραννοῦντος τὸ πάγιον, καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ βέβαιον δυσαρεστοῦντός τε καὶ νοσηλευομένου, καὶ ὅποι στῆναι τῆς πλάνης οὐκ ἔχοντος, καὶ τῇ τῆς παλιρροίας ἀνωμάλῳ κινήσει τὸ ἀνίδρυτον κεκτημένου, συμβαίνει τὰ τηνικαῦτα καιροῦ τῇ τῶν Περσῶν βασιλείᾳ παράλογά πως παθήματα, ἔκθεσίν τε ἀφηγημάτων κεκτημένα οὐκ ἄκομψον. τοῦ γὰρ Βαρὰμ μὴ δια-

13. οἱ δὲ] οἵ τε IP.

inchoatam defectionem intercidit, auctoremque et incentorem turbarum, Symbatium vocabulo, vinctum imperatori transmittit. ille accusationem arbitris sacrae curiae examinandam pie commendat, ne de criminibus non interrogatus contra ius fasque poenas exsolveret. delicta reus confitetur. iudices sententiam ferunt, bestiarum laniatu huiusmodi scelerum compertos ex hominum vita tollendos esse. theatrum spectatoribus completur, facinorosus a belluis devorandus exspectatur, cum imperatoris clementia populi acclamationes antevertit. et ille quidem a bestiis liberatur, salutemque praeter suam aliorumque opinionem consequitur: spectatores imperatorem de improvisa misericordia et humanitate laudibus in coelum efferunt.

Caeterum dum tempus omnia novat et adulterat et transformat et alias aliter fingit perennique conversionis gyro circumagit, et quod fixum ac firmum est, mobilitate et fluxu rerum humanarum ceu rota crudeliter versat ac circumvolvit, semperque constantiam et stabilitatem odit, et eius causa male se habet, et ubi errorem sistat, non invenit, et refluxus motu inaequali instabilitatem suam ostendit, dum haec, inquam, tempus facit, quidam casus tum inopinati regno evenerunt, quorum non erit inelegans narratio. nam cum Varamus odium adversus Hormisdam, quod

λυσαμένου πρὸς τὸν Ὁρμίσδαν τὴν ἄρτι που ἐξαπιναίως ἔχθραν C
πηγάσασαν, ἐγκελεύεται ὁ τῆς Μηδικῆς μοναρχῶν, ὃν Ὁρμίσδαν ἡ ἱστορία διέγραψεν, ἄρχοντί τινι τοῦ Μηδικοῦ παρὰ τὸν Βαράμ παραγενέσθαι, καὶ τῆς μὲν ἀρχῆς θᾶττον αὐτὸν παραλύσασθαι, χειροπέδαις δὲ τοῦτον ἐνεῖραι καὶ ἠτιμωμένως τοῖς ἀνακτόροις θᾶττον αὐτὸν παραστήσασθαι. ὁ μὲν οὖν Βαράμης (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀπεσταλμένῳ) χειρωθεὶς ὑπὸ τῶν Βαράμ καί τινι τῶν μεγίστων ἐλεφάντων παραδοθεὶς παρανάλωμα κατεστρέψατο τὸν βίον πικροτάτῳ θανάτῳ· Ὁρμίσδου δὲ καταπολεμηθέντος ὑπὸ Βαράμ τῆς τε βασιλείας καθαιρεθέντος, Χοσρόου τε τοῦ νεωτέρου τοῦ Ὁρμίσδα παιδὸς καταστασιασθέντος κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναρρήσεως κἀντεῦθεν προσκεχωρηκότος Ῥωμαίοις, ὁ γέρων ἐκεῖνος καὶ Περσικὸς διαλύεται πόλεμος, εἰς δύο δεκάδας διατείνας ἐνιαυτῶν.

9. Ἀλλὰ πρὶν τά τε τῷ Βαράμ διαπραχθέντα τά τε συμ- D
βεβηκότα κατὰ τὴν Χοσρόου τοῦ νεωτέρου προσχώρησιν διεξέλθωμεν διεξοδικώτερον, ἐπαναζεύξωμεν τὴν ἀφήγησιν ἐπὶ τὴν Ἰουστίνου τοῦ νεωτέρου βασιλείαν, τὸν λόγον που πρὸς τοὐπίσω μικρὸν ἀνακλίναντες· τὰς αἰτίας γὰρ ἐντεῦθεν λέξομεν τῆς Περ- P 74
σικῆς ταύτης καὶ πρεσβύτιδος μάχης· οὕτω γὰρ τῷ ἀπαραλείπτῳ τῶν ἀφηγημάτων οἱ τῆς ἱστορίας ὡραϊσθήσονται πίνακες.

Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς τὴν ἀκήρατον λῆξιν μεταχωρήσαντος, ἐννέα καὶ τριάκοντα ἔτεσι τὰ Ῥωμαίων διηύναντος σκῆπτρα, γίνεται τῆς τῶν πραγμάτων ἡγεμονίας διάδο-

se super repente ut ex fonte profuderat, non deponeret, rex cuidam viro principi de Persis negotium dat uti ad Varamum profectus magistratu illum statim depellat, iniectisque manicis cum ignominia quamprimum in palatium adducat. Sarames igitur (hoc illi ab rege misso nomen erat) a Varame captus, vastissimoque cuidam elephanto conculcandus pro ludo obiectus, tristissimo exitu vitam finivit. ex quo autem Hormisdas a Varamo est oppugnatus, et regnum subversum, Chosroesque iunior Hormisdae filius tempore creationis suae seditione afflictus, indeque cum Romanis foedere hospitioque coniunctus, vetus illud bellum Persicum annis 20 gestum, tandem aliquando conquievit.

9. Sed priusquam Varami res, et quae Chosroe iuniore ad Romanos se applicante acciderunt, fusius exponamus, orationem ad memoriam paulo hac nostra antiquiorem reflectamus, causasque huius Persici belli in quo tot anni consumpti sunt, disseramus. sic enim historiae tabulae ornabuntur, cum de narratione nihil praetermiserimus.

Postquam Iustinianus Augustus anno imperii nono supra tricesimum ad sortem et conditionem immortalitatis emigravit, Iustinus iunior, Iustiniani ex sorore nepos, rerum habenas excipit. is dum septimum impe-

χος Ἰουστῖνος ὁ νέος· ἀδελφιδοῦς δ' οὗτος ἐτύγχανεν ὢν Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος. ἐβδόμῳ τοιγαροῦν ἐνιαυτῷ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου τοῦ νέου παρασπονδησάντων Ῥωμαίων τῇ τοῦ βασιλέως κουφότητι τὰ τῆς εἰρηναίας εὐδαιμονίας διασπᾶταί τε καὶ περιρρήγνυται, ἐπεισάγεται δὲ Ῥωμαίοις καὶ Μήδοις ὁ πόλε-
B μιος, ἡ δεξαμενὴ τῶν κακῶν, τὸ πάντων τῶν δυστυχημάτων ὡς
V 186 ἔστιν εἰπεῖν καταγώγιον, τὸ ἀρχέτυπον τοῦ βίου ληϊτήριον, ὧν σηπεδόνα τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀποκαλῶν οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος. αἳ δὲ συνθῆκαι πεντηκοντούτιδες Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις διωμολόγηντο, αὗται τῇ μεγάλῃ τοῦ βασιλέως ἀνοίᾳ διαφθείρονταί τε καὶ παρατέμνονται. κἀντεῦθεν ἡ ἀρχέκακος πρόοδος τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀτυχημάτων ἐγίνετο. καταιτιῶνται δὲ Ῥωμαῖοι τοὺς Πάρθους καὶ τοῦ πολέμου δημιουργοὺς ἀνεκήρυττον, φάσκοντες τοὺς Ὁμηρίτας (Ἰνδικὸν δὲ τὸ γένος καὶ Ῥωμαίοις ὑπήκοον) πρὸς ἀπόστασιν ὑπ' αὐτῶν ὑποπεῖθεσθαι, εἶτα μὴ νενικημένους ἐκείνους ταῖς εἰσηγήσεσι πάσχειν ὑπὸ Περσῶν δι'
C ἐφόδων ἀνήκεστα, τῆς εἰρήνης διακεχυμένης Πέρσαις τε καὶ τῷ Ῥωμαϊκῷ πολιτεύματι. προσέτι γε χαλεπαίνοντες ἔφασκον ὅτι γε πρὸς Ῥωμαίους Τούρκων πρεσβευσαμένων τότε νῦν πρῶτον ὑποφθείρειν τοὺς Ἀλανοὺς χρήμασιν ἐπειράθησαν Πέρσαι, ἐφ' ᾧ δι' αὐτῶν ἰόντας ἀναιρεθῆναι τοὺς πρέσβεις καὶ κωλύμην ἀποκληρώσασθαι τὴν διάβασιν. φιλαιτίως Ῥωμαῖοι τὸ πολεμεῖν ἀσμενίζοντες, καὶ μικραῖς καὶ ἐξιτήλοις τισὶν ἀφορμαῖς μεγάλων

4. εἰρηναῖα IP. 23. μεγάλους IP.

rat annum, Romani eius imitati levitatem foedus minime sanatum et intemeratum habent; unde pacifica illa felicitate distracta et dirupta bellum inter Romanos atque Persas introductum est, bellum omnium malorum receptaculum, omnium incommodorum (ut ita dicam) diversorium, vitae praedatoriae archetypon; quod qui rerum humanarum ulcus putridum vocaverit, me iudice non erraverit. foedus autem inter hasce duas gentes in annos quinquaginta susceptum et confirmatum magna imperatoris stultitia dirupit atque corrupit. hinc tanquam a fonte tot clades et miseriae in Romanam rem publicam postea dimanarunt. Romani porro Persas in crimen vocantes eos belli huius inventores esse palam dictitabant, quod Homeritas (gens Indica est, Romanis parens) ad defectionem sollicitassent. quos cum, quo volebant, consiliis suis pellicere nequivissent, pace disturbata incredibilia damna infestis incursionibus iisdem intulisse. ad haec irati obiiciebant, quod cum Turcae legationem ad Romanos misissent, illi primum Alanos pecunia ab officio detorquere studuerint, ut per eorum regionem legatos iter habentes interimerent atque ita transitum impedirent. ita Romani queruli nimium, bellum libenter amplexi, parvis et futilibus occasionibus magnos sibimet malorum

προύδους κακῶν σφίσιν αὐτοῖς σοφιστεύονται· οὐ γὰρ ὕπνισιν αὐτοῖς τὸ φιλοπόλεμον προσεπόρισε. Μῆδοι δὲ πατέρας τοῦ πολέμου Ῥωμαίους κηρύττοντες αἰτίας ταύτας προυτίθεσαν, τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς Ἀρμενίους Ῥωμαίους, ἐν ὑπηκόων μοίρᾳ Πέρσαις τυγχάνοντας καὶ ἐς τυραννίδας ἐληλακότας, ἀντιλύντας τε Σουρήνην κλιμιατάρχην ὑπὸ τοῦ Περσῶν βασιλέως τῆς Ἀρμενίων πολιτείας γενόμενον· πρὸς ἐπὶ τούτοις τὸ μὴ ἐθέλειν Ῥωμαίους ἀν' ἔτος ἕκαστον πεντακοσίας λίτρας χρυσίου κατὰ τὸ εἰωθὸς κατατίθεσθαι, ἃς Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς ταῖς συνθήκαις διωμολόγησεν, οἷά περ ἀπαξιοῦντας φορολογεῖσθαι ὑπὸ Περσῶν βασιλέως. ὃ δ' ἦν οὐ τοῦτο, ἀλλ' ἐπὶ φρουρᾷ τῶν ὀχυρωμάτων ἐδίδοντο τῶν εἰς κοινὴν σύστασιν φρουρουμένων, ὅπως μὴ σχοίη τὴν εἰσροὴν τῶν ἀπείρων ἐθνῶν καὶ ὁμόρων ἡ ἀκατάσχετος δύναμις, καὶ βασιλείας ἑκατέρας ἐπιγένηται λύσις. D

10. Διαχυθείσης οὖν τῆς εἰρήνης καὶ τῶν σπονδῶν ἀνατετραμμένων Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις, Ἰουστῖνος ὁ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ βασιλεὺς εἰς τὴν ἕω ἐκπέμπει Μαρκιανὸν στρατηγόν, ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν πατρικίων ὄντα, περίβλεπτον ἄνδρα, οὐκ ἄπο τοῦ γένους τοῦ βασιλείου τυγχάνοντα. ὁ τοίνυν Μαρκιανὸς τὸν Εὐφράτην διαπεραιωθεὶς καὶ κατὰ τὴν Ὀσροηνὴν γεγονὼς ἤδη τοῦ θέρους παρηβηκότος καὶ παρακμάσαντος, καὶ τῶν βαρβάρων οὐδὲν διανοουμένων πρὸς πόλεμον, τρισχιλίους ἐκ τοῦ ὁπλιτικοῦ συμφραξάμενος κατὰ τὴν Ἀρζανηνὴν καλουμένην χώραν ἐξέπεμπεν. εἰσβαλοῦσα τοίνυν ἡ δύναμις, καὶ ἀδοκήτου τῆς P 75

cumulos machinati sunt: nam belli gerendi cupiditas nihil ipsis utilitatis peperit. contra Persae Romanos belli auctores proclamantes, causas huiuscemodi edebant, quod Romani Armenios Persarum proprios in fidem auctoritatemque suam recepissent, tyrannidemque Surena Climatarcho, quem in Armeniam rex misisset, interfecto exercuissent; praeterea quod Romani soluissent in annos singulos quinquaginta libras auri consuetas persolvere, quas Iustinianus imperator in foedere faciendo spoponderat, quia videlicet tributa Persarum regi pendere alienum a dignitate sua ducerent. quod non ita erat, verum ad alenda praesidia castellorum in commune custodiendorum aurum illud erogabatur, ut plurimorum finitimorumque populorum effrenata licentia collectis copiis ne irrumperet et utrumvis imperium everteret.

10. Violata igitur pace ac foedere utrinque conculcato, Iustinus Marcianum patricium genere ac propemodum de familia imperatoria, virum excellenti fama, ad exercitum gubernandum in Orientem destinat. Marcianus transito Euphrate cum in regionem Osrhoenam marcente ac senescente iam aestate venisset, barbarique de bello nihil cogitarent, tria millia de exercitu separata in Arzanenam, quae dicitur, regionem immittit. quorum improvisa irruptione insanisque depraedationibus, de-

ἐπιστασίας γενομένης τοῖς Μήδοις, πάσχει τέως τὰ τῆς Περσί-
B δος δεινά· προνομεύεται γὰρ καὶ ληΐζεται καὶ λαφυραγωγεῖται
οὐκ ἀναξιόλογον λείαν. τοῦ δ' ἐπιόντος ἑνιαυτοῦ τῆς βασιλείας
Ἰουστίνου τοῦ αὐτοκράτορος, Μαρκιανοῦ τὰς δυνάμεις ἀγείραν-
τος καὶ ἐκ τοῦ Δάρας ποιησαμένου τὴν πρόοδον, καὶ τῶν βαρ-
βάρων στρατοπεδευσαμένων περὶ τὴν Νίσιβιν, γίνεται συμπλοκὴ
Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν πλησίον τοῦ Σαργαθόν, οὕτω καλου-
μένου χωρίου Περσῶν, καὶ πταίουσι Μῆδοι καὶ κρατοῦσι τῆς
μάχης Ῥωμαῖοι. διὰ τοῦτο περικαθήμενον τὸ Θεβοθὼν ἐνεχεί-
ρουν ἑλεῖν· Περσικὸν δὲ τοῦτὶ τὸ φρούριον. ἡμέρας τοίνυν τὸ
φρούριον πεπολεμηκότες πολλάς, καὶ οὐ κατὰ σκοπὸν συμβεβη-
κότων τῶν πραγμάτων αὐτοῖς, ἐπὶ τὸ Δάρας ἐπανέζευξαν.
C εἶτα εἰσβάλλουσιν εἰς τὴν πολεμίαν αὖθις, καὶ τὴν Νίσιβιν τῆς
Μυγδονίας διεγνώκασι παραστήσασθαι· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ὑπὸ
τοῦ αὐτοκράτορος προσετάττετο. ὁ δὲ τῶν Περσῶν βασιλεὺς
Χοσρόης ὁ πρεσβύτερος, ἄρας ἐκ Βαβυλῶνος ἅμα Μηδικῷ
V 187 στρατοπέδῳ, Τίγριν διανηξάμενος, εἰσβαλών τε περὶ τὴν ἔρη-
μον καὶ δι' ἐκείνης στρατοπεδευσάμενος, ἵνα μὴ Ῥωμαίοις κατά-
δηλος ἐπιστρατευσάμενος γένηται, ἦκε πλησίον Ἀβάρων, χω-
ρίου τινὸς Περσικοῦ· ἀπῴκιστο δὲ τοῦτο Κιρκησίου τοῦ Ῥω-
μαίων πολίσματος πέντε ὁδὸν ἡμερῶν. καὶ τὸν μὲν Ἀδορμαά-
νην οὕτω καλούμενον στρατηγόν, τὸν Εὐφράτην διαπεραιωσά-
μενον ποταμὸν ἐκπέμπει τὴν Ῥωμαίων ληϊσόμενον, ἐξ δ' αὐτῷ
χιλιάδας ὁπλιτικοῦ συνεξέπεμπεν· αὐτὸς δ' ὁ τῶν Περσῶν βα-
σιλεὺς παραμείβων τὸν Ἄββορὰν ποταμὸν ἐξαπιναίως ἐπιστῆναι
τοῖς τὴν Νίσιβιν πολιορκοῦσι Ῥωμαίοις ἐπαλαμήσατο. ὁ μὲν

populationibus et expilationibus male tunc Persidi factum est. Iustini imperatoris anno sequenti, Marciano delectus habente et ex oppido Dara prodeunte, barbarisque iuxta Nisibim tendentibus, praelium prope Sargathum (locum a Persis ita nominatum) committitur: Persae Romanis dant manus. qui deinde Thebothum castellum Persicum cingentes, cum per dies multos continuata oppugnatione nihil proficerent, Daram se retulerunt. post rursum in hostium terras invadentes Nisibi Mygdoniae urbe potiri constituunt, quemadmodum in mandatis ab imperatore acceperant. Chosroes autem senior, Persarum rex, cum copiis Babylone discedens, traiecto Tigri solitudinem ingressus, ac ne in Romanos ducere conspiceretur, per eam progrediens, ad oppidum quoddam Persicum, Abarum nomine, quinque dierum itinere a Circesio Romanorum urbe distans devenit. Inde Adormaanem ducem superato Euphrate ad Romanorum provinciam cum sex millibus proficisci iubet: ipse Aborram flumen praeteriens Romanos Nisibim obsidentes repentino adventu op-

οὖν Ἀδορμαάνης πλησίον τοῦ Κιρκησίου γενόμενος καὶ τὸν Εὐφράτην διαβὰς ποταμὸν τὴν Ῥωμαίων γῆν προενομεύσατο· οὐδενὸς δὲ τῇ Περσικῇ ἐνδημίᾳ ἀντιπερισταμένου σοφίσματος, ὅπως ἐγκοπὴν προκοπῆς τὰ τῶν βαρβάρων σχοίη κινήματα, ὁ Ἀδορμαάνης ἀφικνεῖται εἰς τὰ περὶ τὴν Ἀντιόχειαν πόνων ἐκτός, τά τε τῶν οἰκοδομημάτων πρὸ τῆς πόλεως κάλλη διαφθείρας, P 76 ὡς ὁ καιρὸς ἐχαρίζετο, ἐπὶ τὴν κοίλην ἀφικνεῖται Συρίαν. πλησίον δ' Ἀπαμείας περιβαλλόμενος χάρακα, καὶ τῶν τῆς πόλεως πρεσβευσαμένων μετὰ δώρων λαμπρῶν λύτρα τε διωμολογηκότων, ὁ μὲν βάρβαρος τῆς ὑποσχέσεως μόνης ἐπεκάμπτετο μέχρι, οἱ δὲ φενακίζονται ἐξαπατηθέντες δόλοις βαρβαρικοῖς. τρίτῃ δὲ ἡμέρα, καὶ τὴν πόλιν ἀνδραποδίζεται. ἐς ὕστερον δὲ καὶ τῷ πυρὶ παραδοὺς εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπανῆκεν.

11. Ἐπεὶ δὲ Ῥωμαίοις ἄπαισια τοῦ πολέμου ἐγεγόνει B προοίμια, διηπορεῖτο ὁ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ μοναρχῶν, καὶ διεταράττετό τε ἐπὶ τοῖς βαρβαρικοῖς ἐπιτεύγμασιν, ἀσχάλλων τε ἐπὶ τοῖς ἐξ ἀβουλίας περιστοιχίσασιν αὐτὸν ἀτυχήμασιν Ἀκάκιον τὸν Ἀρχελάου ἐς τὴν Νίσιβιν ἔστελλεν ἀποχειροτονήσοντα τῆς στρατηγίας Μαρκιανόν. ὁ μὲν οὖν Μαρκιανὸς χώραν τῷ βασιλικῷ παρεχόμενος δόγματι ἀπολιμπάνει τὴν Νίσιβιν· τοῦ δὲ Ῥωμαϊκοῦ ἐπὶ τὸ Μάρδες γεγονότος, ὁ τοῦ Περσικοῦ βασιλεὺς λαίλαπος δίκην ἐς τὸ Δάρας γεγονὼς καὶ μῆνας ἓξ καταπολεμήσας τὸ πόλισμα, λόφους τε καὶ χάρακα τῇ πόλει περιγραψάμενος, τό τε ὕδωρ μετοχετεύσας τοῦ ἄστεος, πύργους τε ἀντιθέτους ἀν- C

primere meditatur. Adormaanes cum Circesium pervenisset Euphratemque traiecisset, Romanae ditioni populando incommodabat. sed cum Persia irruentibus nullo ingenio occurreretur, quo minus ultra ultraque prodirent, Adormaanes citra laborem Antiochiam usque fertur, pulcherrimaque aedificia suburbana pro tempore diruens, in Coelesyriam vadit, et iuxta Apameam castris munitis, cum cives legatione missa splendidisque muneribus redemptionis pretium se daturos paciscerentur, barbarus promissis tenus flexus barbarica eos fraude ludificatus est: nam die tertio urbem occupavit, et postridie flammis traditam relinquens in Persidem revertit.

11. Quoniam vero belli primordia et quasi praeludia Romanis infelicia contingebant, varias in partes rapere animum et barbaricis successibus conturbari coepit imperator; moerensque ob adversam fortunam, qua propter temeritatem ducis circumdaretur, Acacium Archelai filium Nisibim legat, per quem dignitate exuatur. Marcianus decreto imperatorio cedens Nisibim deserit. Romanis apud Mardes agentibus, Persarum rex haud secus quam procellosus turbo Daram urbem munitissimam invadens, ubi eam mensibus sex oppugnavit, aggeribusque et vallo cinxit,

τοικοδομήσας καὶ ἑλεπόλεις περιστησάμενος χειροῦται τὴν πόλιν καὶ λίαν κομιδῇ ἐχυρὰν καθεστῶσαν. τούτων ὁ αὐτοκράτωρ Ἰουστῖνος ἀκηκοώς, καταπλαγεὶς ἐπὶ τῇ ῥύμῃ τῆς συμφορᾶς, οὐ μετὰ πολὺ δὲ καὶ νόσῳ παραφορᾶς βεβλημένος καὶ τὴν ἐς ὕστερον τῶν κακῶν δεδιὼς ἐπικύησιν, ἀνακωχὴν μὲν τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους ἐποιεῖτο πρὸς Πέρσας, τῆς νόσου δ' αὐτῷ ἐπιτιθεμένης λίαν ὡς ἔπος εἰπεῖν γεννικῶς, Τιβέριον υἱοθεσίᾳ κοσμήσας καὶ τῆς βασιλείας κοινωνὸν ποιησάμενος ἀνηγόρευσε Καίσαρα· ἡγεμὼν δ' οὗτος ἐτύγχανεν ὢν τῶν τοῦ βασιλέως σωματοφυλάκων καὶ ὑπασπιστῶν, ὃν κόμητα ἐξκουβιτώρων τῇ συνήθει φωνῇ ἔθος Ῥωμαίοις καλεῖν. παραθήσομαι δὲ καὶ τὰς ὑποθήκας τοῦ αὐτοκράτορος, ἃς Τιβερίῳ τῷ Καίσαρι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναρρήσεως δημηγορῶν παραδέδωκεν, οὐ καλλύνων τὸ τῆς λέξεως ἀκαλλές, οὐδέ τι μεταμορφῶν τὸ μὴ κεκαλλιεπημένον τῆς φράσεως, ἀλλά που γυμνὴν τὴν τῶν ῥημάτων ἔκθεσιν ὑποστορέσω τοῖς ἀφηγήμασιν, ἵνα τῷ ἀναμφιάστῳ καὶ ἀπαραχαράκτῳ τῆς λέξεως, ὡς ἔχει φύσεως, τὸ τῶν παρηκολουθηκότων προέλθοι ἀνόθευτον. τῆς τοίνυν συγκλήτου βουλῆς ἐς ἑαυτὸν γενομένης, τοῦ τε ἱερατικοῦ καταλόγου συναθροισθέντος ἅμα τῷ ἐπιστατοῦντι καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας πηδάλια διιθύνοντι, ὁ αὐτοκράτωρ ὥσπερ ἐστὼς ἐπὶ βήματος Τιβερίῳ τάδε παρέθετο. "ἰδέ, ὁ θεὸς ὁ ἀγαθύνων σε. τοῦτο τὸ σχῆμα ὁ θεός σοι δίδωσιν,

1. παραστησάμενος IP.

et aquam alio derivavit, turresque turribus oppositas construxit, et expugnatorias machinas (quae helepoles dicuntur) adhibuit, tandem sub potestatem subiecit. his nuntiatis, Iustinus imperator calamitatis vi et impetu perculsus, nec multo post mente alienatus, formidansque ne alia insuper mala existerent, praesentis anni indutias cum Persis facit. vitio mentis audacius, ut ita dicam, progrediente, Tiberium honoribus ornandum suscipit, et filium sibi adoptans imperiique consortem allegens Caesarem renuntiat. hic custodum corporis satellitumve imperatoris praefectus erat, quem usitata voce excubitorum comitem Romani appellitant. hoc loco praeceptiones, quas Iustinus Tiberio, sermone ad eum, quo tempore Caesar salutabatur, habito, tradidit, inseremus. dictionis simplicitatem non expoliemus; nec quod minus eleganter prolatum est, in formam aliam commutabimus: sed nuda eius verba his narrationibus intexemus, ut quod inquirendo assecuti sumus et intelleximus, id non elocutione festiviore veluti convestitum aut signo falso adulteratum, sed ut per se et natura sua est, ad posteros sincerum germanumque prodamus. accito igitur senatu et clero una cum principe suo, qui ecclesiae clavum tenebat, imperator ceu pro concione stans Tiberium hisce verbis admonuit. "en, deus beneficium in te confert. haec insignia deus tibi do-

οὐκ ἐγώ. τίμησον αὐτό, ἵνα καὶ τιμηθῇς ὑπ' αὐτοῦ. τίμα
τὴν μητέρα σου τήν ποτε γενομένην σου δέσποιναν· οἶδας ὅτι V 188
πρῶτον δοῦλος αὐτῆς ἦς, νῦν δὲ υἱός. μὴ ἐπιχαρῇς αἵμασι, B
μὴ κοινωνήσῃς φόνων, μὴ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδῷς, μὴ εἰς
ἔχθραν ὁμοιωθῇς ἐμοί. ἐγὼ γὰρ ὡς ἄνθρωπος εἰσωδιάσθην
(καὶ γὰρ πταιστὸς ἐγενόμην) καὶ ἀπέλαβον κατὰ τὰς ἁμαρτίας
μου. ἀλλὰ δικύσομαι τοῖς ποιήσασί μοι τοῦτο ἐπὶ τοῦ βήματος
τοῦ Χριστοῦ. μὴ ἐξεπαιρέτω σε τοῦτο τὸ σχῆμα ὡς ἐμέ. οὕτω
πρόσχες πᾶσιν ὡς σεαυτῷ. γνῶθι τί ἦς καὶ τί εἰ νῦν. μὴ
ὑπερηφανήσῃς, καὶ οὐχ ἁμαρτάνεις. οἶδας τί ἤμην καὶ τί ἐγε-
νόμην καὶ τί εἰμι. ὅλοι οὗτοι τέκνα σού εἰσι καὶ δοῦλοι. οἶδας
ὅτι τῶν σπλάγχνων μου προετίμησά σε. τούτους βλέπων ὅλους
τοὺς τῆς πολιτείας βλέπεις. πρόσεχε τῷ στρατιώτῃ σου. μὴ
συκοφάντας προσδέξῃ. μὴ εἴπωσί σοί τινες ὅτι ὁ πρὸ σοῦ οὕτως C
διεγένετο· ταῦτα γὰρ λέγω ἀφ' οὗ ἔπαθον. οἱ ἔχοντες ἀπολαυέ-
τωσαν αὐτῶν· τοῖς δὲ μὴ ἔχουσι δώρησαι." καὶ μετὰ τὸ γενέ-
σθαι τὴν εὐχὴν παρὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ λεχθῆναι παρὰ πάν-
των τὸ ἀμήν, καὶ πεσεῖν τὸν Καίσαρα εἰς τοὺς πόδας τοῦ βασι-
λέως, λέγει αὐτῷ ὁ βασιλεὺς "ἐὰν θέλῃς, εἰμί· ἐὰν μὴ θέλῃς,
οὐκ εἰμί. ὁ θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, πάντα
ὅσα ἐπελαθόμην εἰπεῖν σοι, αὐτὸς ἐμβάλῃ εἰς τὴν καρδίαν σου."
ταῦτα ἐλέγχθησαν μηνὶ Δεκεμβρίῳ, ἑβδόμης ἡμέρᾳ ἕκτῃ, ἰν-

4. φόνῳ IP.

nat; quae honora, ut illa vicissim te honorent. matrem tuam (Sophiam Augustam) aliquando dominam tuam venerare. scis te tunc eius esse filium, cuius antea servus fuisti. noli gaudere sanguine, nec caedibus communica. ne malum malo compensa. ne te imitatione mei odiosum redde. ego enim ut homo ingressus sum ad peccandum proclivis, et secundum peccata mea recepi. veruntamen apud tribunal Christi iudicio cum his contendam, qui hoc mihi fecerunt. ne te habitus iste, ut me, extollat. omnibus perinde ut tibimetipsi attende. nosce qui nuper fueris, et qui in praesentiarum sis. ne superbus esto, et non peccabis. quid fuerim et quid factus sim, vides. universi isti et servi et filii tui sunt. nosti quomodo te plus visceribus meis dilexerim. hos cum vides, rem publicam totam vides. studiose prospice militi tuo. obtrectatores averssare. ne eo tibi quidam persuadeant, quia decessor tuus his moribus fuerit: haec enim edoctus malo meo te hortor. quibus suppeditant facultates, iis fruuntor: quibus desunt, tute largitor." deinde cum patriarcha precationis carmen finisset, omnesque subiecissent amen, Tiberiusque ad pedes imperatoris sese prostravisset, ait ei imperator "si volueris, sum, si nolueris, non sum. deus qui creavit coelum et terram, quaecunque tibi oblitus sum dicere, cordi tuo infundat." atque haec mense Decembri, sexta die hebdomadis, indictione nona prolocutus

D δικτιῶνος ἐννάτης. (12) ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς διαλαλιᾶς ἀπεπερατοῦτο τῷ αὐτοκράτορι, ὁ μὲν κρότος παρὰ τῶν ὑπηκόων ἐπήγαγε, καὶ τὰ τῆς εὐφημίας ὥσπερ ἐπομβρίας τινὸς λαβροτέρας χύσιν ἐλάμβανε· τῷ ὄντι γὰρ οὐκ ἀναξιόλογος ἡ χειροτονία τῷ Καίσαρι ἐξηρτύετο. ὁ μὲν οὖν Καῖσαρ αὐτοκρατορικῆς νόμον πληρῶν ἀναγορεύσεως ἐνεχάραττε γράμματα, καὶ ταῦτα τῷ Περσῶν βασιλεῖ παρεπέμπετο. ἦρος δ' ἀρχομένου πρέσβεις ἀπέστελλεν, ἀπεκηρυκεύετό τε τὸν πόλεμον, παγκάλου τινὸς ὀρεγόμενος πράγματος· ἐκεχειρία γὰρ ἡ ἀξίωσις ἦν· οὐδὲν γὰρ τῆς
P 78 εἰρήνης καθέστηκε τιμαλφέστερον τοῖς γε νοῦν ἔχουσι καὶ μεμνημένοις τῆς θνητῆς τε λήξεως τῆς τε πρὸς τὸν βίον βραχυτάτης παρόδου. ἐστρατολόγει δὲ καὶ πλήθη μαχίμων, καὶ τῇ ῥύσει τῆς χρυσῆς διαδόσεως φιλοκινδύνους τὰς τῶν στρατολογουμένων ψυχὰς ἐτεκταίνετο, αἰδοῖ τοῦ μισθώματος τὸ θανατᾶν παρ' αὐτῶν ἐξωνούμενος. ἔσβεσε τοίνυν τῶν βαρβάρων τὴν λύμην τὸ τῆς τοῦ Καίσαρος μεγαλονοίας φιλότιμον, καὶ χαλινοῦνται μὲν οἱ κίνδυνοι, ἀποφλεγμαίνουσι δὲ τὰ δυσχερῆ, ἀνακόπτονται δὲ αἱ κατὰ τὸν πόλεμον συρρεύσασαι συμφοραί, καὶ τὸ κακὸν ἀθρόᾳ προμηθείᾳ τινὶ ἀπόδημον ἐγνωρίζετο. κατὰ τοῦ-
B τον δῆτα τὸν ἐνιαυτὸν στρατηγὸς προχειρίζεται Ἰουστινιανὸς ὁ τοῦ Γερμανοῦ υἱός, τοῖς κορυφαιοτάτοις τῶν ἐν τέλει συναριθμούμενος. ὁ μὲν οὖν στρατηγὸς τὴν πάλαι τῶν στρατευμάτων ἀνάσκητον ἔκταξιν δι' ἐπιμελείας ἠνόρθου, διατυπῶν τὸ ἀτύπωτον καὶ μεταπλάττων πρὸς εὐσχημοσύνην τὸ ἄτακτον. ὁ δ' αὐ-

est. (12) ubi imperator conticuit, subditi plausum dederunt, faustaeque acclamationes tanquam irriguus de coelo imber valide diffusae sunt. vere enim honorem illum Caesar Tiberius merebatur; qui creationis augustalis morem tenens, litteras ad regem Persarum mittit. sed veris initio missis legatis petitisque indutiis bellum deprecatur. id erat desiderare rem honestissimam: nihil est enim pace honorabilius apud homines quidem prudentes et conditionis humanae, brevissimorumque spatiorum huius vitae non immemores. delectus interim agebat strenuorum militum, auroque liberaliter distribuendo in eorum animis qui nomina dedissent periculorum despicientiam excitabat, mercedisque reverentia alacritatem moriendi ab ipsis redimebat. Caesaris itaque gloriae studio incensa magnanimitas barbaros iniuriis tam foede inferendis prohibebat, pericula coercebat, odiosa quaeque et gravia imminuebat, calamitates belli tempore confluere solitas retundebat; et omne demum genus incommodorum solida illius providentia exulare cernebatur. eo anno Iustinianus Germani filius, unus de optimatum primoribus, dux deligitur, qui diligentia sua inveteratam exercitus inertiam correxit; quod informe erat, de integro conformavit, quod perturbatum, et confusum, ad de-

τοκράτωρ ἔτι δυνάμεις συνήθροιζε καὶ τὸ συμμαχικὸν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἠρανίζετο, μεγάλαις χρημάτων ἀποβολαῖς τὰς ἐπιβολὰς τῆς παρατάξεως ἀνανταγωνίστους ἐμπορευόμενος· οἵδε γὰρ χρημάτων ὁλκὴ οἰκονομουμένη μετὰ φρονήσεως καὶ τοῖς προσφαλεῖσι τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ἀνάζευξιν πραγματεύεσθαι. ἐπεὶ δ' ὁ καιρὸς τῆς ἐκεχειρίας ἀνάλωτο καὶ ὁ τῆς ἀνακωχῆς ὅρος Ῥωμαίοις C τε καὶ Πέρσαις διέσβεστο, ἀφικνεῖται τὸ Περσικὸν πρὸς ἐχόμενα τοῦ Δάρας, εἰς τοῦτο ἰδόντος τοῦ τὰς στρατηγίδας ἡνίας ἰθύνοντος Ταμχοσρώ, ἀνδρὸς παρὰ Πέρσαις μεγατιμίου. στρατοπεδεύονται δὲ κατ' αὐτὸν καὶ Ῥωμαῖοι πλησίον. τῆς δὲ συμ- V 189
πλοκῆς οὐδετέρα δύναμις γέγονεν ἔξαρχος. ἐπὶ πολὺ δὲ βλεπούσης τε καὶ ἀντιβλεπομένης ἑκατέρας ἰσχύος, εἰς λόγους συμβάσεως ὁρῶσι τὰ μάχιμα. γίνονται τοίνυν σπονδαὶ ἐφ' ᾧ πρὸς τὸ ἕω ἐπὶ χρόνους τρεῖς γαλήνην ἄγειν τὸν πόλεμον καὶ φιλοσοφεῖν τὸ ἀπομαχεῖν, ἐπὶ δὲ τῆς Ἀρμενίας τὴν ἀγωνίαν ἐνδαψιλεύεσθαι. εὐκοῦν ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς Ἀμιδὰν παραμείψας τὴν D
πόλιν ἐν τοῖς τῆς Ἀρμενίας στρατοπεδεύεται κλίμασι. συνείπετο δὲ καὶ ὁ Περσῶν βασιλεύς, καὶ σὺν πλήθει πολλῷ τὸν Εὐφράτην διαπορθμεύεται. ὀπηνίκα δ' ἐξάκουστος γέγονε τῷ Ῥωμαϊκῷ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς αὐτουργήσων τὸν πόλεμον, ἕκλυτοι γίνονται τὰς ψυχὰς οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ οὐκ ἄπο τοῦ δέοντος· ἡ γὰρ βασιλικὴ ἐνδημία τὴν τῶν προϋπαρξάντων κληρωσαμένη Πέρσαις ἐπίτευξιν πολλὴν τὴν τῆς ἀδρανικῆς ῥοπὴν τοῖς Ῥωμαίοις παρείχετο. διά τοι τοῦτο ἐπί τινος λόφου ὁ τοῦ Ῥωμαϊ-

centem speciem composuit. imperator porro Tiberius adhuc militem et a populis auxilia conquirebat, magnisque pecuniarum impensis efficere conabatur ut suis in hostem incumbentibus nulla vi resisti posset. novit enim grandis pecunia prudenter posita, in quo prius peccatum est, id ad statum meliorem corrigere. postquam ab armis pacta vacatio cessavit et indutiarum tempus exivit, Persae finitima Darae oppidi infestant, ducente eo Tamchosro, viro inter Persas honoratissimo, penes quem exercitus moderamen erat. eodem versus illum Romani castra movent. cumque neutri pugnam ordirentur alterique alteros diu intuerentur, ad extremum ad verba de foedere inundo ventum est. initur foedus, ita ut Oriens triennium a bello quiete et otio perfruatur, in Armeniam arma effuse transferantur. ergo dux Romanus Amidam urbem praetergressus Armeniae campos ingreditur, quem Persarum rex cum frequentibus copiis secutus, Euphratem eas transducit. ubi Romani regem per se bello praefaturum compererunt, animis ceciderunt, non sane aliter quam decuit. nam cum praesentia illius ad ea quae vellent facile obtinenda Persis multum prodesset, Romanis facultatem quae ipsi optarent efficiendi auferebat. quocirca dux Romanus tumulo conscenso ad circum-

κοῦ στρατηγὸς ἐπιβάς, τό τε ὁπλιτικὸν ἐξ ἐπιπέδου περιστησάμενος, τῶνδε τῶν λόγων ἀπήρξατο.

P 79 13. "Ἡ παροῦσα νῦν ἡμέρα, Ῥωμαῖοι, μεγάλων ὑμῖν ἀγαθῶν ἄρξει, τοῖς ἐμοῖς εἰ πεισθείητε ῥήμασιν. ὁπλίσατέ μοι τὰς ψυχὰς πρὸ τοῦ σώματος· αἱ καρδίαι πρὸ τῶν χειρῶν πολεμείτωσαν. ἕτερος ἑτέρου προκινδυνευέτω, καὶ σώσεσθε. ἄνδρες φιλόσοφοι (φιλοσόφους γὰρ ὑμᾶς ἢ στρατιώτας ἀποκαλῶ· μόνοις γὰρ ὑμῖν ὁ θάνατος ἄσκηαις), ἀθάνατον τοῖς βαρβάροις τὴν προθυμίαν ἐνδείξασθε. ἀκατάπληκτοι γίνεσθε τὰς ψυχάς. δοκεῖτε βάλλειν ἢ βάλλεσθαι, ὡς ἐν ἀλλοτρίῳ τῷ σώματι τὰς
B τῶν ἀντιπάλων βολὰς προσιέμενοι. ἔστωσαν μάρτυρες τῆς ὑμῶν ἀρετῆς οἱ πολέμιοι πίπτοντες· διηγείσθωσαν καὶ τεθνηκότες τὰ τρόπαια. ἄνδρες κοινωνοί, καὶ πόνων ἡμῖν κοινωνοὶ καὶ κρότων διὰ τὸν πόλεμον, ἀρετῆς καὶ κακίας ἡ συμπλοκὴ καθέστηκε βάσανος, καὶ διαιτητής ἐστι ψυχῶν· ἢ γὰρ τὸ θηλυπρεπὲς τῆς δειλίας ἐξελέγξει, ἢ τῆς εὐτολμίας τὸ ἀρρενωπὸν μετὰ στεράνων καὶ θριάμβων λαμπρῶν ἀναγορεύσει τὸ τήμερον. μὴ πάθητέ τι φιλοσωμάτου ψυχῆς, τὰ νῶτα τοῖς βαρβάροις παρέ-
C χοντες. ὕπνος τίς ἐστιν ὁ γλυκὺς οὗτος καὶ μεμελετημένος ὑμῖν ὁσημέραι θάνατος· ὕπνος τοῦ μὲν συνήθους τούτου μακρότερος, πρὸς δὲ τὴν μέλλουσαν ἡμέραν βραχύτατος. ἀδοξίαν μετὰ σωτηρίας, ἄνδρες, αἰσχύνεσθε. τοῦτο θάνατός ἐστιν ἀθάνατος, καὶ τάφος κακίας μηδέποτε περικαλύπτων τῆς ἀσχημοσύνης τὸν

fusam in plano suorum multitudinem huiuscemodi verbis concionari aggressus est.

13. "Hodierna lux, Romani, eximiorum bonorum principium nobis futura est, si dictis meis obtemperare volueritis. armatote mihi pectora prius quam corpora; animi ante quam manus in hostem pugnent. alter pro altero discrimen ne metuat. quodsi faxitis, vitam incolumitatemque retinebitis. viri philosophi (tales enim vos libentius quam milites appellabo: soli quippe vos mortem meditamini), alacritatem barbaris immortalem ostendite. animos imperterritos gerite. existimate vos dare vulnera, non accipere, velut in corporibus alienis plagas hostium excipientes. illorum strages virtutis vestrae testimonium esto. etiam mortui vestros triumphos praedicent. O socii, laborum, inquam, bellicorum et plausuum socii, virtutis et ignaviae explorator animorumque censor conflictus est. aut enim timiditatem femineam hodiernus dies coarguet, aut viris decoram audaciam cum praemiis ac triumphis illustribus palam demonstrabit. ne de corpore servando laborantes hostibus terga vertite. somnus quidam dulcis haec vobis assiduo meditata mors est. somnus hoc quidem consueto, et quotidiano diuturnior: si ad diem quam expectamus comparetur, brevissimus. cum incolumi corpore ignominiam erubescite. haec enim mors immortalis est, et sepulcrum quoddam ignaviae, nunquam cooperiens eum qui se dedecore contaminavit. cavete

κληρωσάμενον. μὴ ταραττέτω τοὺς ἀριστέας ὑμᾶς ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἀναλκέστατα πλήθη περιποιούμενος, καὶ μεγαλαυχῶν καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνασπῶν ὑψαυχενιζόμενός τε, καὶ μέχρι τῶν λόγων κεκτημένος τὸ φύσημα, οἷον γαῦρον τὸ ἔθνος καὶ σοβαρὸν καὶ τῷ κόμπῳ τῆς μεγαληγορίας τὸ κράτος ἐμπορευόμενον. ἀμνημονεῖτε τῶν πρόσθεν ἀτυχημάτων, τῆς ἐπιβολῆς τῶν συμμαχικῶν δυνάμεων λαβόντες ἀνάμνησιν. ἀμνημονεῖτε τῆς πρὶν ἀποτεύξεως, ἣν ὤδινεν ἄνοια στρατηγοῦ, καὶ τῶν ἰθυνομένων ἀταξία κακῶς ἐμαιεύσατο. οὐδὲν ἀριστεῦσι πέφυκε φοβερόν. τούτοις οἷα μὲν χόρτος ἐστὶν ὁ σίδηρος, αἱ δὲ τῶν βελῶν ἀλγηδόνες ὄρεξις ὑπεκκαίουσα μειζόνων κινδύνων ἐφάπτεσθαι. οὐκοῦν ἀνιστόρητα τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις φρουρήσατε· ἀμνήτους αὐτοὺς τῶν μεταφρένων ἐνδείξασθε. πηγὰς θριάμβων οἷδε τὰ τραύματα. δουλαγωγοῦσιν αἱ διαφυγαί, καὶ οὐ σώζουσιν· οὐκ οἶδε γὰρ κακίας ὑπόθεσις σωτηρίας σώζειν ὑπόσχεσιν. ἀποδύσασθε πρὸ τῶν θωράκων τὰ σώματα, πρὸ τῶν ἀσπίδων τὸ ζῆν. τοῖς ὅλοις μάχεσθε μέλεσι· μηδὲν ἔστω μέλος τῶν κινδύνων ἀμέτοχον. τῇ συννεύσει τῶν ὅπλων τειχίσατε τὴν παράταξιν, τῇ συμμίξει τῶν ἵππων τὰς φάλαγγας χαρακώσατε, τῷ συμφώνῳ τῆς στάσεως στεγανῶν λίθων δίκην οἰκοδομίας ἑαυτοὺς περιφράξατε. μὴ ἐξαλλέσθω τῆς παλάμης τὰ δόρατα· βάλλετε τῶν βελῶν μὴ στερούμενοι. οὐκ ἔστι Πέρσαις φύσις ἀθάνατος· οὐκ ἔστι τύχη Μήδοις ἀκίνητος. οὐκ εἰσὶ βαρβάροις χεῖρες ἀκάματοι. οὐ πλεονεκτοῦσι Πάρθοι τοῖς μέλεσιν· οὐ διδύμους ἔχουσι

strenuitatem vestram rex Persarum labefactet, qui quas conscripsit copiis imbellissimis sese iactat, supercilium tollit, cervicem erigit, ac verbis tenus insolescit, ut gentis superbia fastuque turgentis inanique magnificorum verborum crepitu potentiam suam venditantis mos est. praeteritos casus obliviscimini; impressiones auxiliariorum recordamini. pristinae infelicitatis memoriam deponite, quam ducis temeritas parturivit, tumultuatio militum quasi quaedam obstetrix eduxit. nihil viris fortibus perhorrescendum accidit, quibus ferrum pro cibo est, et a telis inflicti dolores maiorum discriminum subeundorum desideria incendunt. quapropter curate uti terga vestra hostes ne aspiciant: dorsa vestra iisdem ut mysteria profanis occultate. vulnera sanguine manantia, mihi credite, triumphorum fontes sunt. fuga servitutem, non salutem parit: nescit enim timiditatis argumentum salutis praestare promissum. pro loricis corpora, pro scutis vitam exuite. universis artubus dimicate; membrorum nullum periculo vacet. densatis armis aciem ceu muro communite. equorum constipatione phalangas tanquam vallo cingite. concordi statione ut aedificio e duro lapide vos circumsepite. ne hasta manum fugiat. ne tela non incidentia proiicitote. non est Persarum natura indissolubilis, non fortuna immutabilis, non manus indefessae. non illis

τὰς ψυχάς. οὐκ ἀδαμάντινα τούτοις τὰ σώματα. μυοῦνται καὶ Πέρσαι θανάτου μυστήρια. ἐν τούτῳ δίκαιός ἐστιν ὁ πόλεμος· οὐ γὰρ ἀθανάτους κατὰ θνητῶν ἐπιστράτευσεν. οἱ Ῥωμαῖοι τὴν δίκην ἐμισθώσαντο σύμμαχον, τὴν εἰρήνην καὶ αὖθις ἐπιζητήσαντες. τὸ Μηδικὸν ἀντίθετον ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἐπεστράτευσεν· ἀεὶ γάρ που τὸ εἰρηναῖον βδελύττεται, καὶ οἷα θεὸν ἐπιδέξιον γεραίρει τὸ φιλοπόλεμον. οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἐψευσμένη θρησκεία· οὐ νόθους θεοὺς ἡγεμόνας προειστησάμεθα. οὐκ ἔστιν ἡμῖν θεὸς μαστιζόμενος· οὐ γὰρ ἵππον χειροτονοῦμεν
C εἰς λάτρευμα. οὐ προσκυνοῦμεν θεὸν πρὸς τέφραν μετατιθέμενον, σήμερον φλεγόμενον καὶ μετ' ὀλίγον μηδὲ φαινόμενον. οὐ κωφὸς καὶ ὕλη τὴν θεολογίαν συνίστησιν, ὁ δὲ μαρασμὸς τὴν ψευδωνυμίαν διήλεγξεν. κομᾷ ταῖς εὐθυμίαις ὁ βάρβαρος· ἀλλ' οὐκ οἶδεν εὐπραγία μένειν ἐφ' ἑαυτῆς, ἀδίκων βωμῶν ἐπιβαίνουσα. καὶ τὸ μὴ δίκαιον πολλάκις κρατύνεται, ἀλλὰ καὶ πρὸς φθορὰν μετατίθεται. χωρεῖτε τοιγαροῦν ἀξίως τῆς ὑμετέρας προσηγορίας πρὸς πόλεμον, ἵνα μὴ μετὰ τῶν πραγμάτων ζημιωθῶμεν καὶ τὰ ὀνόματα. μὴ προδῶμεν τὰς συμμάχους
D ἀσπίδας, ἀλλ' ὥσπερ ἐρωμένας τενὰς ὡρικὰς ταύτας περιπτυξώμεθα, καὶ οἷα πατρίδων συνεκδήμων τινῶν τούτων ὑπερμαχήσωμεν. λακωνίσατε συμπλεκόμενοι· ἅπας ἔστω Κυνέγειρος, εἰ καὶ μὴ νηὸς ἐπιβέβηκεν. οὐδὲν τοῦ διαδρᾶναι καθέστηκε θη-

plura membra quam nobis, non duae animae, non corpora adamantina. et ipsi mortis initiati sunt sacris. in hoc certe iustitiam servat bellum, quod non immortales adversum mortales pugnatum mittit. Romani ius fasque pro praesidio asciverunt, rursus pacem desiderantes: Persae ius fasque ipsis contrarium armis oppugnandum susceperunt. semper enim pacificationem exosi, belli studium velut numen sibi propitium veneraantur. non commentitiis sacris imbuti sumus, non deos adulterinos praesides nobis delegimus. non adoramus deum qui scutica caeditur: nec enim equum divinis honoribus colendum suffragiis constituimus. non concipimus preces deo qui in cineres redigitur, et modo ardet, paulo post nusqam apparet. haud sane fumo et ligni theologia nostra continetur. ipsa huiusmodi rerum tabefactio atque corruptio, quam falso divinitatis nomine honorentur, declarat. securissimus animi est barbarus: atqui aras impias scandens felicitas consistere nequit. iniustitia robur saepe validum nanciscitur, sed ad extremum languescit atque interit. quamobrem ita ut vestrae appellationi consentaneum est, ad certamen aggredimini, ne et res et nomen ipsum a fortitudine deductum perdamus. ne adiutrices peltas aliquando prodamus, sed ut amicas, aetate et forma florentes amplexemur, ac pro iis non secus quam pro peregrinationis nostrae a solo patrio comitibus dimicemus. Lacedaemoniorum exemplum vobis in acie proponite. unusquisque vestrum Cynegirus fiat,

λυκώτερον, οὐδὲ τοῦ ἁλῶναι πέφυκεν ἀπευκτότερον. οὐκοῦν ἢ τεθνάναι προσήκει ἢ νικηφόρους τὰς ἐλπίδας τεκταίνεσθαι. ἐνοπτρίσασθε τὰς νεοφύτους ἐπιστρατείας τοῦ Καίσαρος. οὐδὲν ἀπόλεκτον τοῖς ἀθρόισμασιν ἐγκατέσπαρται, ἀκηλίδωτός ἐστιν ἡ ἔκταξις· οὕτω γὰρ ηὐδόκησε τὸ τοῦ βασιλέως φιλότιμον. χειρουργήσω τοίνυν ὁ δημηγόρος ἐγὼ πρῶτος τὸν πόλεμον. τὰς πάντων χεῖρας τῇ προθυμίᾳ μισθώσομαι, παθεῖν τὸ μὴ παθεῖν P 81 αἰσχυνόμενος. προκόπτει δέ μοι τῶν ῥημάτων ἡ ἔφεσις, καὶ ἡ πρᾶξις τῆς θεωρίας γίνεται πρόδρομος· οἶδε γὰρ ζέσις ψυχῆς καὶ τοῖς τῆς φύσεως θεσμοῖς ἀντιτάττεσθαι. σήμερον ὑμᾶς στρατολογοῦσιν ἄγγελοι, καὶ τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς ἀναγράφονται, οὐ μισθὸν ἰσοστάσιον αὐταῖς παρεχόμενοι, ἀλλ' εἰς τὸ ἀπειροπλάσιον ὑπεραίροντες τῇ ὁλκῇ τοῦ δωρήματος. μηδεὶς φιλήδονος τρυφῆς ὀργίων μετεχέτω πολέμου· μηδεὶς μέγα φρονῶν ἐπὶ κτήμασι κοινωνείτω τοῦ ἐγχειρήματος. ἐραστὰς κινδύνων ζητεῖ τὸ μεταίχμιον. ἄγε δή, πέρας τοῖς λόγοις ἐπιθήσωμεν ἔργοις, καὶ πρὸς παράταξιν τὴν θεωρίαν μετοχετεύσωμεν."

14. Τῶν τοιούτων τοίνυν κατηχηθέντων ταῖς δυνάμεσι B λόγων, ὀργῶσιν αἱ φάλαγγες πρὸς παράταξιν, καὶ πάντα πα- V 191 θεῖν ἀσμενίζουσι, καὶ προκινδυνεύειν τῆς ἀρετῆς παροτρύνονται· συνδιετίθεντο γὰρ τὰς ψυχὰς ταῖς τοῦ στρατηγοῦ παραινέ-

quamvis, ut ille, navim non invadat. fuga nihil est effeminatius, neque servitute quidquam aversandum magis. ergo restat ut aut morti occumbere aut spem victoria solari oporteat. novas hasce Caesaris Tiberii expeditiones ut in speculo contemplamini: nihil in iis non selectum reperitur; sine labe est exercitus. sic etenim complacitum est novo imperatori, qui id sibi decori futurum existimavit. itaque ego orator vester, princeps praelium ciens, alacritate mea omnium manus quasi mercede pacta ad pugnandum obligabo; et hoc ipsum pudori mihi ducam, si patiar me non pati. plura dicendi desiderio provehor: sed me plura cogitantem dicere actio ipsa antevertens vetat. fervor quippe animi etiam ipsis naturae legibus imperare consuevit. hodie nos angeli in suam militiam conscribunt, oppetentiumque animas in tabulas referunt, non quidem ita praemium par ipsis rependentes, sed magnitudine doni ad innumeros labores perferendos eas exsuscitantes. nemo cui voluptas foeda cordi est, hastam quatiat; nemo deliciarum appetens belli sacris intersit; nemo opibus superbus simul cum caeteris Martem capessat. periculorum contemptores pugna quaerit. verum age, finem orationi factis imponamus, et theoriam ad congressum dimicationemque transferamus."

14. Oratione hac in aures militum illapsa omnium animi ad certamen exardescunt, seseque ad quaevis exhaurienda cupidos atque ad ostentandam in discrimine virtutem concitatos demonstrant, eo scilicet, quo ducis cohortatio vocat, cogitationes et consilia sua accommodantes.

σεσι. τοῦ δὲ Μηδικοῦ ἀκηκοότος τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀλκῆς τὴν προαίρεσιν, εὐθετίζεται πρὸς τὸν πόλεμον. καὶ κοσμεῖται μὲν ἵππος καπφαλάροις τε καὶ τοῖς θώραξι, σιδηροφορεῖται δὲ καὶ τὸ μάχιμον. ἐπιβάντες τε τῶν ἵππων συμπεφραγμένῃ τάξει τινὶ
C ἐπῆεσαν ἠρέμα Ῥωμαίοις μετὰ σοβαροῦ τοῦ βαδίσματος. τοίνυν καὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ φραξαμένου ἤρθη τὰ σημεῖα. ἀτὰρ περιλαλοῦσιν αἱ σάλπιγγες, ἐς ὕψος ἡ κόνις ἐχόρευεν. ὁ δὲ θρύλλος διεχεῖτο πελαγίζων τὸν χῶρον, καὶ τῷ ψόφῳ κυμαίνων τοῦ χρεμετίσματος τῇ τε δονήσει τῶν ὅπλων περιρρεόμενος ἅπασαν εἰκότως φωνὴν μετέβαλλε πρὸς τὸ ἄναρθρον. τὸ μὲν οὖν βάρβαρον ἐπὶ μήκους διατείνει τὴν τάξιν, φαντασίαν ἀπείρου πλήθους ἐν-
D τεῦθεν οἰόμενον ταῖς ἀντιπαλαμωμέναις ποιεῖσθαι δυνάμεσιν· τὸ δὲ Ῥωμαϊκὸν βαθεῖαν τὴν σύνταξιν ποιησάμενον, πυκνότητι ῥιθουσαν, ὡς μόνον οὐχὶ δοκεῖν στερεμνίαν καὶ ἀντίτυπον σιδήρῳ πατταλευθεῖσαν καὶ ἀντικεχαλκευμένην ἑστάναι παράταξιν, δίκην ἀνδριάντων ἀκινήτως ἐχόντων καὶ μόνον τοῖς σχήμασι δοκούντων πολέμων ὀρέγεσθαι, κατέπληττέ τε τῇ θέᾳ τὸ βάρβαρον, ὡς ὑποσαίνεσθαι διὰ τὴν ὄψιν ἐντεῦθεν τὰς τῶν Μήδων ψυχὰς πρὸς τὰ μαλθακώτερα τῆς ἀνανδρίας κινήματα. οἱ μὲν
P 82 οὖν Βαβυλώνιοι κατὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀθροισμάτων ἐπετοξάζοντο, ὡς τὰς ἡλιακὰς ἀποκρύπτειν ἀκτῖνας τῇ ἐκπομπῇ τῶν βελῶν, καὶ τῇ ῥαγδαίᾳ τῶν δονάκων ἐκχύσει τέγος ὑπόπτερον ἐν τῷ ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρι κατεστορέσθαι δοκεῖν, τῇ πτήσει τῶν ἀκοντίων σχεδιαζόμενον. Ῥωμαῖοι δὲ πρὸς τὴν κατασυστάδην συμπλοκὴν ἐνεχείρησαν, δόρασί τε καὶ ξίφεσι τὸ βάρβαρον ἀμυνόμενοι, τῆς

Persae Romanorum fortiter concurrendi ardorem intelligentes certamini se aptant. et equites quidem galeis ac thoracibus, pedites ferro instruuntur. equestris acies undique communita sensim in Romanos insolentius graditur. Romani contra obarmati signa sustollunt. clanguat tubae, stat pulvere coelum; ingeminat tota regione diffusus clamor immensus, strepituque hinnientium equorum et armorum concussorum sonitu tanquam fluctibus intermistus atque confusus merito auribus articulate percipi nil sinit. barbari suos in longum disponunt, rati hoc modo adversariis multitudinem infinitam visum iri. Romani aciem latam ipsaque densitate firmam struunt, ut tantum non solida ad vim omnem constanter repellendam ferreis fixa clavis et aenea plane acies ex adverso stare crederetur, instar statuarum immobilium soloque habitu et figura Martem spirantium. stupere spectaculo barbari, sic ut hinc motus parum viriles eorum corda sentiscerent. crebras igitur sagittas in Romanos iaciunt, adeo ut coelum umbra obtegeretur, et arundinum effusarum volatu rapidissimo, cristae de galeis subito excussae per aërem ferri cernerentur. Romani cominus pugnare instituentes, hastisque et gladiis

ἐπιφορᾶς τῶν βελῶν τὴν ἐπιβολὴν διατέμνοντες. ἐντεῦθέν τε ἐκλύτους τῶν σοφισμάτων τοὺς ἀντικαθεστῶτας διατιθέμενοι προτερεύουσιν εἰς τὸν πόλεμον. τοιγαροῦν ἀξιολογωτάτης Ῥωμαίοις τε καὶ Πάρθοις γενομένης τῆς μάχης, τῆς τε Περσικῆς παραλυθείσης ἐκτάξεως διὰ τὸ μὴ πρὸς βάθος συνεστάναι τὸ στῖφος, οὐραγούσης τε δυνάμεως διηπορημένης τῆς Βαβυλωνίας παρασκευῆς, τοῦ ἀντερείδοντος μὴ ὑπόντος, εἶτα ἐπιβριθούσης τῆς ἀντιθέτου δυνάμεως, πρὸς ὄλεθρον εἶδε τὸ βάρβαρον, ἀποκλίνει τε πρὸς φυγήν. καὶ μειοῦνται μὲν Πέρσαι τὰ τῶν ἐναντίων ἐλπίδων, παιδεύονται δὲ τῷ παραδείγματι μὴ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν. οἱ μὲν οὖν Βαβυλώνιοι ᾗ ποδῶν εἶχον ἀπεδίδρασκον ἡττηθέντες, Ῥωμαῖοι δ' ἐχόμενοι τῆς ἐπιθέσεως τῶν κακῶν τοῖς Πάρθοις πεῖραν ἐδίδοσαν. οὐ μὴν ἀλλὰ πρὸς ἐπὶ τούτοις καὶ τὸν Περσικὸν λήΐζονται χάρακα, τά τε σκηνοπήγια τοῦ βασιλέως προενομεύσαντο, καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν λαφυραγωγοῦνται λαμπρῶς. τῶν τε ἐλεφάντων κρατήσαντες ἅμα τοῖς σκύλοις τοῖς Περσικοῖς παραπέμπουσι πρὸς τὸν Καίσαρα. ἐπεὶ δ' ἡττήθη ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς καὶ τὴν ἀνάζευξιν οἴκαδε ἐπονείδιστον ἐπεποίητο, ἐπὶ τὴν Μελιτηνὴν γεγονὼς ἐνεπίμπρα τὴν ὥραν τοῦ ἄστεος, ἄφρακτον οὖσαν εὑρὼν ἠρεμίας τε πάσης κατάκομον. Εὐφράτην τε διαβὰς διὰ τῆς Ἀρζανηνῆς τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσατο, νόμῳ τὴν αἰσχύνην στηλιτεύσας τοῦ ἀτυχήματος· θεσμοθετεῖ γὰρ μὴ τὰς ἐπὶ πόλεμον ἐξόδους προσήκειν ἐς τὸ λοιπὸν βασιλέα Περσῶν ἐμπορεύεσθαι.

rem gerentes, violentos telorum iactus ab se prohibent: itaque hostium vafritie dissipata priores in pugna partes obtinent. praelio igitur inprimis memorabili inter hasce duas gentes edito, Persicoque agmine, quia quadratum ac densum non erat, disiecto, et extremis non instructis, nec habentibus quo réniterentur atque obsisterent, cum et hostis a fronte vehementius urgeret, videntes iam actum esse, ad fugam efferuntur; ac spe melioris eventus delusa, praesenti exemplo de maleficiis et iniuriis ante illatis non sibi placere discunt. Persae victi superatique, quantum pedibus valent, in fugam se conferunt; quos per vestigia inhaerentes Romani male mactant. quin etiam castra eorum exinaniunt, et tentorium regis diripientes, omniaque impedimenta libere ac palam auferentes, elephantum ibi repertum cum ornamentis Persicis ad Caesarem mittunt. victus Persarum rex et cum turpitudine abscedens, Melitenen urbem pulcherrimam, custodibus vacantem et quiete securissimam, in itinere incendit, traiectoque Euphrate per Arzanenam regionem reversus, lege lata velut in columna inscriptam cladis suae ignominiam omnibus prodit. tulit autem ut ne quis de caetero Persarum rex Romanis arma inferre vellet.

Theophylactus.

Anno secundo imperii Michaelis generi Nicephori, a mundo autem condito sexies millesimo trecentesimo vicesimo secundo, indictione septima, post illatam cladem Romanis a Crummo supremo duce Bulgarorum, Leone tunc praefecto orientalibus, qui in conflictu belli non adfuerat, sed pravo consilio recesserat cum sua legione, occasionem observans invadendi imperii, fugere imperator Michael inde compellitur cum reliquo adhuc sibi populo.

Ut vero nonnulli aiunt, solus Leo una quadam parte aggressus Bulgaros strenue depugnaverat, ut hinc maximam reportaret gloriam: imperator autem ad revertendum iter ingressus est, subditos plurimum culpans, quasi non curassent scriptum iusiurandum, sed abirent in dissidia ex quibus clades existunt, iusso Leone cum suo exercitu extra urbem excubare, quia ipse pro parte sua Bulgaris superior

ὑπερτέρησιν, εἰς τὸ μὴ τούτους ὀλιγανδρίας καὶ φυγαδείας Ῥωμαϊκῆς τοσοῦτον λοιπὸν ὑφοράσθαι. ἀφ' ὧν ὁ στρατιωτικὸς σύλλογος κατελοιδόρει τοῦ βασιλέως ἀφέλειαν, καὶ ἔκλυτον τοῦτον ἐπεψηφίζετο, καὶ τὸν στρατηγὸν Λέοντα συμφώνως εἰς βασιλείαν προέκρινεν. τοῦ δὲ ἀχλυώδει ἀγωνίᾳ καὶ πολλῇ συμπεσόντος πρὸς λόγον τῆς ἀναρρήσεως, καθώς ποτε κατὰ γέφυραν Γαΐου τοῦ Καίσαρος, Μιχαὴλ ὁ ἐξ Ἀμορίου ἀναιρήσειν τοῦτον διεμαρτύρατο, εἰ μὴ ταύτῃ κατάθοιτο. καὶ τὴν μὲν κατάθεσιν αὐτοῦ μόνον ἀπῄτει, τὴν δὲ μέχρι τῆς πόλεως καὶ αὐτῶν τῶν βασιλείων εἴσοδον ποιῆσαι ῥᾳδίαν ὑπέσχετο, ἥτις εἰς ἔργον παρ' αὐτοῦ τοῦ στρατεύματος τετελείωτο.

Πρὸ δέ γε τούτων, γενομένῳ τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ πλησίον C τῆς πόλεως, συναντᾷ τούτῳ ἀνήρ τις τῶν ἐπισήμων, τὴν τῶν τειχῶν κηδεμονίαν πεπιστευμένος, τῶν Ἐξαβουλίων ἐκ γένους, ἀφοσιῶν τὰ ἔθιμα βασιλεῖ, καὶ τῇ δυστυχίᾳ συναλγυνόμενος ἐπυνθάνετό γε "τίς ἂν εἴη, ὦ δέσποτα, τῶν στρατηγούντων ἐαθεὶς ἐν τῷ ἐπιλοίπῳ στρατῷ;" ὁ δέ φησι "Λέων ὁ τοῦ α' θέματος ἐξηγούμενος, ἀνὴρ ἀγχίνους καὶ εὐθύτητος ἐξεχόμενος." ὁ δὲ ἀντέφη ἀλυσιτελὲς εἶναι εἰ μόνος τοῦ τοιούτου καθηγοῖτο, "ὀλίγα τινὸς τῶν σῶν οἰκείων ὑπηρετῶν." τοῦ δὲ βασιλέως οὐδὲν τῶν ἐναντίων ὑφορωμένου, ἀπολογισμοί τινες παρ' αὐτοῦ τῷ Ἐξαβουλίῳ προὐτίθεντο, ὡς μὴ τυραννήσειν ποτὲ βουληθησο-

2. ὑφοράσθαι L. 10. βασιλειῶν L. 12. πρὸς L. 21. ὑφορωμένου L. 22. προὐτίθετο L.

fuisset, ne isti iam de Romanis paucitatis et fugacitatis opinionem nimiam conciperent. Unde factum ut militaris multitudo accusaret imperatoris simplicitatem, ac nimis remissum eum iudicaret, ducemque Leonem una voce ad imperium eligeret. Ille autem profunda sollicitudine sese contrahente ad famam electionis, ut olim in ponte Iulius Caesar, Michael Amoriensis occisurum affirmavit nisi in eam consentiat, ac solummodo consensum eius expetebat, introitum vero in urbem et in ipsam regiam facilem se facturum promisit; quod et re ipsa praestitum ab ipso et exercitu.

Sed priusquam haec perficerentur, cum iam imperator Michael accessisset ad urbem, occurrit ei vir quidam ex nobilibus, moenium curam sibi concreditam habens, e familia Exabuliorum, consuetis officiis erga imperatorem defungens ac super calamitate condolens, quaerebatque qui ex ducibus esset relictus in exercitu. Tum ille, "Leo", inquit, "primo themati praefectus, vir industrius et iustitiae addictus." At is negavit esse consultum ut is solus ei rei praesit absque aliquo imperatoris intimo ministro. Ceterum imperator nihil adversi suspicans etiam rationes quasdam Exabulio proponebat, quasi nunquam tyrannidem esset af-

D μένου τοῦ Λέοντος. ἀπῆει τοιγαροῦν ὁ αὐτοκράτωρ πρὸς τὰ βασίλεια οὐ μετὰ πολύ, καὶ ἡ τοῦ τυράννου Λέοντος ἀνάρρησις διηγγέλλετο. πρὸς τοῦτο τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ δυσχεραίνοντος, παρῄνουν τινὲς αὐτῷ πᾶσι τρόποις τῷ τυράννῳ στερρῶς ἀντιτάξασθαι· ὁ δὲ γαλήνιος ὢν τῇ γνώμῃ καὶ οὐχ αἱμοχαρὴς τὴν προαίρεσιν, ἀπεῖργε πάντας μιαιφονίας, τῷ τοῦ Θεοῦ προστάγματι εὐγνωμόνως ἐπικλινόμενος, καὶ τοσοῦτον ὥστε καί τινα τῆς κατοικιδίου θεραπείας αὐτοῦ, τὸν Ἔξάρχοντα, στεῖλαι πρὸς Λέοντα μετὰ καὶ βασιλικῶν συμβόλων, προτρέψαι τε καὶ τὴν σύγκλητον ἀπιέναι πρὸς τὴν τούτου ἀπάντησιν, ὡς μή τινα ῥα-
E νίδα Χριστιανικοῦ αἵματος ἐκχεθῆναι αὐτοῦ ἕνεκα. ἐφ' ὅτῳ τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν Προκοπίαν ζηλοτυπήσασαν τοιοῦτον εἰπεῖν, "δεινόν γε δεινόν, ἐὰν ἡ τοῦ τυράννου σύζυγος Λέοντος περιβάλοι τὸν μοδίολον," Βάρκαν αὐτὴν ὀνομάσασα. ὁ δὲ ταύτην φρονίμοις λόγοις ἀποκρουσάμενος εἴρηκεν "καλὸν τῇ τοῦ κυρίου δοκήσει συνέπεσθαι τὰ γινόμενα."

V. 3 Τοῦ δὲ τυράννου καταλαβόντος διὰ τῆς χρυσῆς πύλης τὸν τοῦ προδρόμου ναὸν ὃν ἐδείματο Στούδιος, πολλοὶ τῆς γερουσίας ἦ καὶ σχεδὸν ἅπαντες προσῄεσαν αὐτῷ, ὧν καὶ δορυφοροῦντες μετὰ τοῦ συνεπομένου ὄχλου τοῖς βασιλείοις ἀπήγαγον. καὶ δὴ εἰσιὼν καὶ πρὸ τῶν χαλκηλάτων ἐπιστὰς πυλῶν, ἐπὶ τῷ κατ' ἐπιφάνειαν κυκλικῷ τε καὶ περιπορφύρῳ μαρμάρῳ, εὐχὴν χαριστήριον ἀποδώσων τῷ ἐκεῖσε Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ εἰκονίσματι, εἴτε

18. ἐδήματο L. 19. προεῖσαν L. 21. τῷ] τὸ L.

fectaturus Leo. Abibat igitur imperator in regiam, nec multo post Leo imperator declaratus nuntiabatur. Eam rem aegre ferente Michaele imperatore, suadebant ei quidam ut omnibus modis tyranno firmiter sese opponeret. At ille cum esset placidi animi nec sanguine gauderet, arcebat omnes caede, dei mandato aequa mente acquiescens; adeo ut etiam quendam ex domestico ministerio, Exarchontem, mitteret ad Leonem cum insignibus imperatoris, hortareturque senatum obviam ei ire, ne ulla sanguinis christiani gutta effunderetur sui causa. Quare uxor eius Procopia invidiae stimulis agitata fertur dixisse "indignum sane si tyranni uxor induat modiolum," Barcam eam nominans. At ille prudenti sermone eam refutans dixit "bonum est domini voluntatem sequi ea quae fiunt."

Porro cum iam tyrannus pervenisset per auream portam ad Praecursoris aedem quam Studius exstruxit, multi ex senatu ac propemodum omnes accesserunt ad eum, atque stipantes una cum populo comitante in regiam deduxerunt. Iamque ingressus ante aeratas consistens fores in loco rotundo et porphyretico marmore contecto, gratias acturus Christi dei nostri illic imagini, sive revera sive specie tenus, exuit ve-

ἀληθείᾳ εἴτε προσχήματι, ἐκδιδύσκεται τὴν ἐσθῆτα ἣν ἐπεβέβλητο ἐν δυσὶ ῥοδοειδέσι χροιαῖς ἀετίζουσαν, ἣν κολόβιον τῇ ἐγχωρίῳ ῥήσει προσονομάζουσιν, καὶ ταύτην ἀνειμένην ζωστῆρος κατὰ τὸ ἔκπαλαι τηρηθὲν ἔθος τοῖς στρατηλάταις καὶ Μιχαὴλ τῶν αὐτοῦ ἱπποκόμων πρωτάρχῳ περιφανῶς ἐπιδίδωσιν. τοῦ δὲ ταύτην ἐξαυτῆς ἀναβαλλομένου εἰς οἰωνὸν μετὰ Λέοντα βασιλικῆς ἐπιβάσεως τοῖς εἰδόσι λελόγιστο. περὶ δέ τινα τοῦ παλλατίου χῶρον οὗ ἐπώνυμον τὰ Σκῦλα, ὁ Μιχαὴλ τῆς ἐσθῆτος τοῦ Λέοντος τὸ ἄκρον ἐπιβάσει καθύβρισεν, εἴτε ἐκ προπετείας τοῦτο καταπραξάμενος, εἴτε τῆς ἄνω προνοίας τὸ μέλλον προχαραττούσης. ἐν συναισθήσει δὲ τούτου Λέων γενόμενος νεωτερισμόν τινα παρ' αὐτοῦ ἔσεσθαι ἑαυτὸν οἰωνίσατο.

Καὶ δὴ τοῖς εἴσω τῶν βασιλείων χωρήσαντος Λέοντος, εὐθέως τὰς τρίχας κειράμενοι Μιχαήλ τε ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ τούτου γε σύνευνος σὺν παισίν, ἱκέται ἐλεεινοὶ τῷ εὐκτηρίῳ οἴκῳ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ὃς Φάρος κατονομάζεται δείκνυνται, εὐμενείας τινὸς ἀξιοῦντες τυχεῖν. ὁ δὲ τῇ δυσωπήσει ἐπιπειθὴς γεγονὼς ἄνεσιν ζωῆς αὐτοῖς ἐδικαίωσεν, πέμπει τε τὸν Μιχαὴλ ἔν τινι φροντιστηρίῳ διατελεῖν τῷ μονήρει βίῳ συμφρασσόμενον, ᾧ κατ' ἔτος χρυσοῦ δωρεὰν κατά τινα προθεσμίαν ἐδαψιλεύετο· τὴν δὲ γαμετὴν καὶ τὰ τέκνα τούτου διέστησεν, ἐξ ὧν τὸν Ἰγνάτιον εὐνουχίᾳ κατέκρινεν.

2. ἐν δυσὶ] immo ἐνδύσιν. 8. σκύλλα L. 12. aut εἰς ἑαυτὸν legendum est, aut ἑαυτῷ. αὐτῷ Symeon logoth. p. 402 C. 16. αἰμενίας L. 19. συμφορασάμενον L.

stem qua amictus erat gemini coloris rosei aquila insignem (quam colobium vernacula voce appellant), solutam cingulo secundum morem iam olim a ducibus observatum, atque Michaeli suorum equisonum primario palam tradit. Illo autem eam confestim induente, id pro omine adipiscendi post Leonem imperii reputatum est ab intelligentibus. Praeterea in loco quodam circa palatium, cui nomen Scyla, Michael Leonis vestis oram pede premens turpavit: incertum ex protervitate id fecerit, an providentia divina futurum praemonstrante. Quod cum sensisset Leo, rebellionem ab eo in se orituram coniecit.

Iamque regiam ingresso Leone, mox crinibus detonsis Michael imperator et eius uxor una cum liberis, supplices miserabiles in oratorio sanctissimae deiparae, quod Pharos dicitur, apparebant, clementiam quandam sibi expetentes: atque ille precibus flexus vitam eis concedendam iudicavit, mittitque Michaelem in quoddam monasterium, ut ibi solitariam vitam omnem reliquam exigat. cui quotannis auri largitionem die quodam certo praestabat. Uxorem autem eius et liberos separavit, ex quibus Ignatium castrandum condemnavit.

Ὡς δὲ τῶν βασιλείας ἡνιῶν ὁ Λέων ἐδράξατο, τὰ μεμυημένα Βαρδανίῳ τῷ πατρικίῳ, ᾧ Τοῦρκος ἐπίκλησις, περὶ αὐτοῦ εἰς φῶς διανέκυπτεν.

Οὗτος γοῦν ὁ Βαρδάνιος, ὅτε τοῦ τῆς ἀνατολῆς ἐξηγεῖτο θέματος, βασιλειῶν ἄγαν διὰ φρονήσεως ἐν ἑαυτῷ εἶχεν ἐπίθεσιν ὥστε τῆς βασιλείας ἐπιλαμβάνεσθαι· ὅθεν ταύτην μοναχῷ τῶν D ἐπιλημμένων προγνώσεως περιεσκεμμένως προσανετίθει, τὴν διατριβὴν ποιουμένῳ πρός τινα χῶρον τοῦ Φιλομηλίου, συνίστορα τοῦ τοιούτου βουλεύματος κεκτημένος τὸν Λέοντα, ἄνδρα πολλοῖς ἐμπρέψαντα γενναιότητος προτερήμασιν, ἀνδρικὸν τὴν ὄψιν καὶ βλοσυρωπὸν τὸ κατάστημα, μεσήλικα καὶ εὐάμιλλον ἐκτραφέντα τε τοῦ αὐτοῦ θέματος ἐπί τινι τόπῳ Πίδρᾳ προσονομαζομένῳ, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Μιχαὴλ τὸν ἐξ Ἀμορίου τυγχάνοντα, ᾧ τὸ τῆς γλώττης παράσημον ἐγεγένητο, μεθ' ὧν καὶ Θωμᾶν τὸν ἀπὸ λίμνης Γαζουροῦ, καὶ αὐτὸν ἐξ Ἀρμενίων τὸ γένος κατάγοντα, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀνδρεῖον καὶ πολυπραγμονέστατον. τοῦ οὖν Βαρδανίου προσιόντος γε τῷ μονάζοντι, πάντα πρὸς αὐτοῦ E τὰ τῆς διανοίας ἀνακαλύπτεσθαι βουλήματα λέγεται, καὶ τοσοῦτον ὥστε προαγγελθῆναι αὐτῷ καὶ τὴν περιουσίας ἀφαίρεσιν καὶ τὴν ὀφθαλμῶν πήρωσιν. τούτου δὲ ἐπὶ τοῖς προφθεῖσιν ὡς οὐ θυμήρεσιν ἐπασχάλλοντος, ὅμως τὰ συνήθη τῆς εὐχῆς ἀπολειψαμένου, τὰ τῆς ὑποχωρήσεως αὐτῷ παρευτρέπιστο. προσο- V. 4 μισαμένων δὲ τῶν ἐξυπηρετουμένων ἵππους αὐτῷ, τούτους ὁ

7. ἐπιλημμένων L. 11. βλοσσυρωπὸν L. ibid. εὐάμιλον L, εὐόμιλον V. 20. προριθείσιν L, προῤῥηθεῖσιν V. 21. ἐπασχάλοντος L. ibid. ἀπολιψαμένου L, ἀπολιφομένου V. 22. προσομισαμένων L.

Ut vero imperii habenas tenuit, praedicta Bardanio patricio, cui Turcus cognomen, iam in lucem emergebant.

Iste namque Bardanius, cum adhuc orientis thematis praefectus esset, valde cupiens fieri imperator, invasionem meditabatur, ut imperium capesseret. Unde hanc rem monacho cuidam habenti praescientiam futurorum aperiebat, habitanti in quodam loco Philomelii; conscium huiuscemodi consilii habens Leonem istum, virum iam tum multis conspicuum fortitudinis praerogativis, virili trucique adspectu atque habitu, mediae aetatis, fortem educatumque in eiusdem thematis orientalis quodam loco Pidra dicto, cumque eo et Michaelem Amoriensem, cui linguae illud vitium inerat, simulque cum his Thomam a palude Gazura oriundum, et ipsum genus suum deducentem ex Armeniis, sed itidem virum strenuum et valde agilem. Bardanio itaque accedente ad monachum, omnes ab isto animi cogitationes, omnia consilia deprehensa et detecta fuisse aiunt, adeo ut ab eo praedicta illi fuerit etiam opum privatio et oculorum excaecatio. Super his ut minime iucundis indignabundo, cum nihilominus consuetas preces fudisset, abitus paratur. Adducentibus autem ministris

μοναχὸς ἀπιθῶν μετὰ πλείστης ἐπείξεως ὑπονοστεῖν παραινεῖ τὸν Βαρδάνιον. τῷ δὲ μετὰ περιχαρίας ἀνακάμψαντι, ὡς προσδοκῶντι τῶν καταθυμίων αὐτῷ τι οἰωνισθῆναι, τοὐναντίον αὐτοῦ τῶν ἐλπίδων πέλειν φησὶν ὁ θεοπρόπος ἀνήρ. "μηδέν σοι περὶ τοῦ σκαιωρήματος, ὃ τῇ σῇ διανοίᾳ καλῶς μὴ ἐνέσκηψε, πεφροντισμένον ἔστω. τῶν γὰρ σῶν, ὡς ἔφθην εἰπών σοι, ὀμμάτων καὶ τῆς ὑπάρξεως ὑποστήσῃ τὴν ἀλλοτρίωσιν· οἱ δὲ τοὺς ἵππους σοι πρὸς ὑπηρεσίαν ἐπικομίσαντες ἄνδρες, τούτων ὁ πρῶτος καὶ ὁ μετ' αὐτὸν διαδηματοφορήσει, καὶ ὁ τρίτος ἐπιτυχὼν ἀναρρήσεως ταχέως θανάτῳ καταστραφήσεται." ὁ οὖν Βαρδάνιος πρὸς ταῦτα χαλεπῶς ἀνοιμώξας τὰ τοῦ λογισμοῦ αὐτοῦ τῷ Β τε Λέοντι καὶ Μιχαὴλ καὶ Θωμᾷ, τοῖς ὑπὸ χεῖρα τούτῳ, μετὰ καί τινος ἐπὶ τοῦ μοναχοῦ ὑβριστικῆς προσοχθήσεως παρεδήλου, φάσκων τοιάδε. "σὺ μὲν ὦ Λέων βασιλεύσας καὶ Θωμᾶ ἀναρρηθεὶς παρὰ Μιχαὴλ φονευθήσεσθε, αὐτοῦ γε διαφυλαχθησομένου ἐν τῇ βασιλείᾳ πάντως ἀπήμονος."

Ἐντεῦθεν Βαρδάνιος κατὰ ψυχὴν χαλεπήνας καὶ εἰς τὸ ἐγκειρισμένον αὐτῷ θέμα ἐπανιὼν σὺν τοῖς ὑπ' αὐτῷ στρατοπέδοις καί τισιν ἄλλοις ὁμόφροσι τῆς ἀλαζονείας αὐτοῦ κατὰ τοῦ τηνικαῦτα Νικηφόρου βασιλέως ματαιοφρόνως ἐν Βιθυνίᾳ στρατοπεδεύεται. περὶ τούτων ὁ βασιλεὺς διακηκοὼς καὶ συνθεὶς στρατιὰν ἀξιόλογον αὐτῷ ἐπαφίησιν. ὁ δὲ τῇ ἐκστρατείᾳ καταπλαγείς, ὑποκλινὴς τῷ βασιλεῖ γίνεται ἐξαιτῶν ἐγγύην ἀφέσεως,

22. στρατείαν L.

si equos, illos conspicatus, summa cum festinatione redire iubet Bardanium. Atque huic cum magna laetitia revertenti, ut qui opinabatur ex animi sententia evenisse aliquod augurium, praeter spem eius dicit vir divinus "ne sit tibi istud propositum, quod animum tuum non bene incessit, curae. Nam tuorum, ut iam dixi, oculorum et omnium bonorum subibis privationem: istorum autem virorum, qui equos ad tuum ministerium adduxerunt, primus quidem et secundus diadema gestabunt, tertius autem tantum acclamationem consecutus mox interibit." Igitur Bardanius ad haec cum graviter ingemuisset, suam animi cogitationem Leoni atque Michaeli, nec non Thomae, suis ministris, cum quadam contumeliosa in monachum invectione aperiebat, dicens huiuscemodi quaedam. "Tu quidem Leo imperio potitus, Thomas autem acclamatus, a Michaele interficiemini, qui ipse servabitur in imperio plane incolumis."

Hinc Bardanius animo male affectus in demandatum sibi thema reversus cum suo exercitu et quibusdam aliis eius arrogantiae socils contra imperantem tunc Nicephorum vano consilio in Bithynia castra ponit. Quo audito Nicephorus collecto exercitu minime contemnendo, hunc contra illum mittit. Hic expeditione illa territus submittit se imperatori, expetens certificationem veniae: quam facile adipiscitur, per crucis si-

C καὶ δὴ ταύτης ἀξιοῦται ῥᾳδίως τῷ σταυρακῷ συμβόλῳ τὸ ἀσφαλὲς ἐνεγκάμενος, καὶ πειθαρχεῖ ἑαυτὸν καταχρίνων τῷ δράματι παραπεμφθῆναι ἐν νήσῳ τῇ Πρώτῃ εἰς τὸν παρ' αὐτοῦ ἐκεῖσε φιλοπονηθέντα ἀγρόν. οὕπω δὲ πολλοῦ χρόνου διεληλυθότος, τῶν ἐκ Λυκαονίας τινές, εἴτε ἀπαυθαδιαζόμενοι, εἴτε βασιλεῖ συνευδοκήσει, εἴτε καὶ αὐτῷ τῷ βασιλεῖ Νικηφόρῳ ἀρέσαι βουλόμενοι, τῷ Βαρδανίῳ αἰφνιδίως ἐπιτίθενται καὶ πηροῦσιν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ προσήκεσαν ἀξιοῦντες συγχώρησιν.

Ὀπηνίκα δὲ τὰ τῆς στάσεως παρὰ τοῦ Βαρδανίου ἐπεφυσίωτο, Λέων ὁ ἐξ Ἀρμενίων καὶ Ἀσσυρίων τῷ βασιλεῖ προσερ-
D ρύη, εἶτα καὶ Μιχαὴλ ὁ ἐξ Ἀμορίου, ὧν ὁ μὲν τὴν τῶν φοιδεράτων, ὁ δὲ τὴν κόμητος κόρτης ἀρχὴν ἐγχειρίζεται· Θωμᾶς δὲ καὶ μέχρι κινδύνων τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ ἀφοσιοῖ τὰ τῆς πίστεως. προϊόντος δέ τινος χρόνου Λέων χρηματίσας τῶν ἀνατολικῶν ὑποστράτηγος κατὰ τῶν Ἰσμαηλιτῶν μεγάλως ἀνδραγαθίζεται, καὶ πρὸς τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ μετὰ Σταυράκιον τιμᾶται τῷ τῶν πατρικίων μεγαλοπρεπεῖ ἀξιώματι.

Οὗτος δὲ Μιχαὴλ παιδίσκην ἐκέκτητο κατοικίδιον, καθ' ἣν πύθωνος πνεῦμα ἐπί τινας περιτροπὰς διενήργητο. ἥτις ὑξέως ἐν χωρίῳ λιθίνῳ, ὃ Βουκολέων προσαγορεύεται, προσχωροῦσα διαπρυσίως φωνὴν ἐκεκράγει πρὸς βασιλέα, "κάτελθε,

5. λυκαωνίας L. 12. ὧν] ὧν L. *ibid.* τὴν τῶν B, τῆς τῶν L. *ibid.* φοιβεράτων L. 19. κατοικείδιον L. 21. χώρῳ L.

quum securitatem consecutus, oboedientiamque praestat, condemnans se ipsum ob facinus, ut in Proten insulam relegaretur, in praediolum ab ipsomet studiose excultum. Neque ita multo tempore elapso, quidam ex Lycaonia, sive proprio ausu, sive imperatorio consensu et placito, sive quod eidem imperatori Nicephoro placere cuperent, Bardanium subito invadunt eique oculos eruunt, atque ad ecclesiam confugiunt petentes veniam.

Tunc autem cum seditio a Bardanio conflaretur, Leo ille ex Armeniis atque Assyriis ad imperatorem deficiebat, deinde et Michael Amoriensis: illique foederatorum praefectura, huic comitis curiae dignitas defertur. Thomas vero etiam in periculis suo domino fidem praestitit. Interiecto dein aliquo tempore, Leo, cum esset Orientalium dux secundi ordinis, contra Ismaelitas strenue rem gerit, atque ab imperatore Michaele, illo qui post Stauracium imperavit, decoratur patriciorum amplissima dignitate.

Iste autem Michael puellam habebat quandam vernam, per quam spiritus Pythonis per vices operabatur. quae statim atque in locum qui Bucoleon dicitur accessisset, clara voce clamabat ad imperatorem "de-

κάτελθε, ὑποχώρει τῶν ἀλλοτρίων." τοῦ γοῦν τοιούτου προσφω- E
νήματος πολλάκις ἐκλαληθέντος ὁ βασιλεὺς εἰκότως καταπλαγεὶς
καὶ οὐκ ἔλαττον ὑποπτήξας, κοινολογεῖται περὶ τούτου Θεοδότῳ
σπαθαροκανδιδάτῳ καὶ οἰκείῳ γνωστῷ, τῷ υἱῷ Μιχαὴλ πατρι-
κίου τοῦ πρὸς γένους Μελισσηνοῦ, οὗ τὸ εὔφημον Κασσιτηρᾶς V 5
διηκούετο, ὡς εἴπερ ἐγκάτοχον γένηται τὸ κοράσιον, ἔν τινι κα-
τασχεῖν πάντως οἰκίᾳ καὶ διερευνᾶσθαι καὶ φράζειν τίνος αὕτη
ὑπάρχει ἡ οἰκία καὶ τούτου ὁποῖον τὸ γνώριμον. τῆς δὲ ἀνα-
καλυψάσης τὴν ἐπιζητουμένην κλῆσιν καὶ χαρακτῆρα, προτρέ-
ψασθαί γε αὐτῷ εὐκαίρως κατὰ τὴν ἀκρόπολιν ἀφῖχθαι, καθ'
ἣν συγκυρῆσαι δύο ἄνδρας, ἐξ ὧν ἡμιόνου ὁ ἐπιβάτης τῷ βασι-
λικῷ θρόνῳ ὀχηματίσειεν. καὶ τὰ μὲν τῆς ἐξεστηκυίας τοιαῦτα,
τὰ δὲ τῆς τοῦ βασιλέως ἀκριβείας κατὰ τὸ εἰκὸς ἐπεξεργαστικώ-
τερα, οἷα περὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐμμεριμνῶντος. ἀκριβολο-
γηθεὶς γὰρ παρ' αὐτοῦ ὁ Θεόδοτος ἀπηνήνατο μὴ ἐγνωκέναι μη-
δὲν τῶν παρὰ τῆς πυθωνίας φληναφουμένων· ἀπιὼν δὲ πρὸς
τὸν διωρισμένον χῶρον ὡς προδιήγγελτο ἐθεάσατο, καὶ τὸν ἄνδρα B
προσλαβόμενος ἅμα αὐτῷ ἄπεισιν, ἐν τῷ ναῷ Παύλου τοῦ ἀπο-
στόλου, ἐν ᾧπερ ὀρφανῶν τὰ πρὸς ἀποτροφὴν τεταμίευται. καὶ
ἐκεῖσε συνθήκαις ἀλλήλους κατεγγυησάμενοι, θαρρεῖ πρὸς τὸν
Λέοντα ὁ Θεόδοτος τοιαῦτα ἐρεῖν, ὡς "ἐκ θείας ὁράσεως περὶ
σοῦ μοι διέγνωσται μέγιστά τε καὶ ἀποβησόμενα, δι' ὧν τῆς Ῥω-
μαίων πάντως ἡγεμονίας μεταποιήσεως."

10. γε] τε L. *ibid.* ἀφῆχθαι L. 16. πυθονίας L. 19. τε-
ταμείεται L. 23. ἡγεμονείας L.

scende, descende, cede alienis." Eiusmodi compellatione saepius enuntiata imperator merito exterritus nec mediocriter consternatus colloquitur cum Theodoto spathariorum candidato, intimo familiari suo, filio Michaelis patricii, generis Melisseni, cui cognomentum erat Cassiteras, ut ubi furere coeperit puella in aliqua domo omnino detineatur, interrogeturque, ut indicet cuius ea sit domus et quaenam illius sit propria nota. Quae cum detexisset nomen quaesitum et notam propriam, iussit eum tempore opportuno in arcem abire, ubi ei occursuri essent duo viri, ex quibus is qui mulo insideret imperatorium solium conscensurus esset. Ac de emotae quidem mentis puella res ita habet: imperatoris autem inquisitio marito fuit curiosior, utpote de imperio solliciti. Interrogatus enim ab eo Theodotus diligenter, negavit se quidquam intelligere eorum quae Pythonica nugaretur: verum abiit in praefinitum locum, ut praeceptum fuerat, et spectavit. atque homine assumpto, abit una cum eo in templum Pauli apostoli, ubi orphanorum alimenta asservantur. atque ibi postquam conventis et pactis sese constrinxissent, ausus est Leoni talia dicere. "Ex divina visione de te mihi cognita sunt maxima, quae etiam eventura sunt; unde fiet ut Romanorum imperium capessas."

Συμβεβηκότος δὲ πολέμου μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων, καὶ τοῦ μὲν αὐτῶν ἀρχηγοῦ Κρούμμου φάσκοντος ἀναδίδοσθαι τοὺς προσφυγόντας Βουλγάρων, ὡσαύτως δὲ καὶ Ῥωμαίων, ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς συμβαίνων ἦν, κἂν τοῖς πολλοῖς τῶν μεγιστάνων ἡ τοιαύτη γνῶσις λίαν ἐστασιάζετο, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ Θεοκτίστῳ μαγίστρῳ· παρ' ὧν ἀσυμφωνίας συντελεσθείσης πρὸς ἐναντιότητα χωροῦσιν ἀμφότεροι. ἐκστρατεύουσι τοιγαροῦν Ῥωμαῖοί τε καὶ Βούλγαροι κατ' ἀλλήλων, καὶ πολεμικῆς συμβολῆς καθεστώσης ἀνὰ κράτος ἡττᾶται τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα, ὡς ἔοικεν ἑτέρως τῆς ἄνω προνοίας μελλούσης τὰ καθ' ἡμᾶς διεξάγειν, καταλήψεως λόγῳ ἐν κρείττονι.

Ἀλλ' ὅθεν διέστημεν, αὖθις νῦν ἐπανίωμεν.

Ἀναρρηθεὶς δὴ δημοσίᾳ Λέων ὁ βασιλεὺς Θωμᾶν τὸν ἑαυτοῦ ἡλικιώτην τουρμάρχην εἰς φοιδεράτους ἐπέστησεν, καὶ Μιχαήλ, οὗ τὸν παῖδα πνευματικῆς ἐκ κολυμβήθρας υἱοποιήσατο, τῇ πατρικίῳ καὶ ἐκσκουβίτου τιμῇ διεσέμνυνεν.

Τῶν οὖν δυσμενῶν Βουλγάρων τῇ προτέρᾳ νίκῃ κατεπαρθέντων, οὐχ ἡ τυχοῦσα παρ' αὐτοῖς ἐν πολλαῖς χώραις καὶ κατοικίαις διά τε πυρπολήσεως καὶ αἰχμαλωτεύσεως παρηκολούθει ἐρήμωσις, ὥστε πρὸς αὐτὸν τὸν Βούλγαρον πεμφθῆναι παρὰ τοῦ βασιλέως εὔλογον ἦν, πρὸς τὸ εἰρηνικὸν ἀπονεύοντος, σπονδὰς ἐπεργάσασθαι. τοῦ δὲ κρατοῦντος Βουλγάρου μὴ πρὸς

2. ἀποδίδοσθαι B. 12. ἐπανίομεν L. 13. δὲ L. 14. φιβεράτους L. 19. παρηκολούθη L. 20. πρὸς αὐτῶν τῶν βουλγάρων L.

Orto autem bello inter Romanos et Bulgaros, atque istorum duce Crummo postulante reddi Bulgarorum transfugas, similiter et Romanorum, in ea imperator consentiebat, etsi a plerisque magnatum illa eius sententia valde impugnabatur, praecipue a Theoctisto magistro. A quibus relecta conventione in dissidia abeunt utrique. Educunt itaque exercitus Romani et Bulgari, factoque concursu bellico vincitur prorsus Romanus exercitus, divina providentia, ut videtur, aliter velente res nostras temperare ob rationes captum nostrum superantes.

Sed eo unde digressi sumus rursus redeamus.

Igitur publice imperator proclamatus Leo Thomam coaetaneum suum ducem foederatis constituit, atque Michaelem, cuius filium ex sacro lavacro susceperat, patricia dignitate et excubitorum praefectura decoravit.

Bulgaris autem hostibus priore victoria elatis, non parva per eos in regionibus et civitatibus incendio et praedatione consecuta est vastatio. Itaque ad ducem Bulgarorum legationem mitti ab imperatore ad pacem inclinante rationi consentaneum erat, ut pax iniretur. Sed Bulgarorum domino ad id se non accommodante, utpote barbara indole

τοῦτο καταθεμένου, ἅτε βαρβαρικοῦ τὸν τρόπον καὶ καταλαζονευομένου, Λέων ὁ βασιλεὺς κατ' αὐτῶν ἐκστρατεύειν ἐπείγεται. καὶ μάχης κραταιᾶς κροτηθείσης, βασιλικῷ διατάγματι ὁ καθ' ἡμᾶς λαὸς τροπῇ ὑποβάλλεται, ὥστε καὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως συντρέπεσθαι. ἀμέλει τῶν Βουλγάρων τῇ διώξει ἐπικειμένων, ἐξ ὑποστροφῆς μετὰ τοῦ περιόντος λαοῦ ἀντικαθίσταται ὁ βασιλεὺς καὶ τούτοις παρεμβαλὼν ἀριστεὺς κατ' αὐτῶν ὁλοτελῶς ἀναδείκνυται. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ κατισχῦσαι Βουλγάρων τοῦ ἀρχηγοῦ, καὶ τούτων τὰ ἔκγονα τὰ μὲν προσαράξαι ταῖς πέτραις τὰ δὲ ἐν ἄλωνι χαλεπῶς τιμωρήσασθαι, ὡς ἐντεῦθεν ἐν τούτοις πεπερατῶσθαι παλίντιτα ἔργα κατὰ τὴν ποίησιν. E

Εἶτα εἰς λογισμὸν ἦκεν ὁ βασιλεὺς περὶ τοῦ ἐν τῷ Φιλομηλίῳ μονάζοντος, καὶ στέλλει αὐτῷ τὰ πρὸς χρείαν κατ' εὐχὴν ἀναθήματα, ἅτε χρησμῳδῷ ἀληθεῖ τῶν ἀποβαινόντων ἀναφάντι. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ ἐτετελευτήκει ὁ αὐτὸς μονάστης, καὶ συνέβη ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον Σαββάτιον μοναχὸν τῷ σκηνιδίῳ αὐτοῦ ὑπεισδῦναι, ὅστις τῇ προσκυνήσει τῶν σεβασμίων εἰκόνων κρυφίως ἀντικαθίστατο. θεασάμενος δὲ τὸν παρὰ βασιλέως ἀπεσταλμένον ἀπόπεμπτον ἐποιεῖτο, τὸν πέμψαντα κρίνας ἀπεικότα τῇ ἀλουργίδι, ὡς εἰδώλοις προσανέχοντα, ταῖς παρὰ τῆς σεβαστῆς Εἰρήνης σεβομέναις εἰκόσι καὶ Ταρασίου τοῦ ἀοιδίμου πατριάρχου, Παρδὼ ταύτην καὶ Θυάδα καὶ Ταράξιον τὸν ἀρχιερέα τοῦ θεοῦ ἀφρόνως ἐξυβρίζων ὁ ἄθλιος· ἀνθ' ὧν κατα- V. 6 B

4. αὐτὸν τὸν βασιλέα B. 9. προσαρράξαι L. 11. παλίντιτα L. 22. παρδῶ L.

praedite et arrogante homine, Leo imperator contra ipsos expeditionem parat. Acrique collisa pugna, imperatore sic disponente, nostra multitudo fugae subiicitur, ita ut et ipse imperator una fugeret. Itaque Bulgaris persequendo instantibus, facta conversione cum reliqua multitudine resistit imperator, atque in illos impetu facto re fortiter gesta contra ipsos solidae victoriae auctor exsistit. Qui et ipso Bulgarorum duce potior fuit, atque istorum liberos partim petrae allisit, partim in area gravi supplicio affecit. Atque hoc pacto effectum ut *suos lucrent*, secundum poetam.

Post haec recordatus est monachi illius in Philomelio degentis, atque mittit ei vesti causa, quae illi usui forent, munera et dona, ut qui se divinatorem eventuum veracem ostendisset. Sed interea temporis mortuus fuerat ille monachus, factumque ut in locum ipsius alius Sabbatius eius cellulam subiret, qui cultui venerandarum imaginum occulte obsistebat. Conspicatus autem iste eum qui missus fuerat, facessere iussit, indignum iudicans auctorem muneris purpura, utpote idolis addictum; imaginibus scilicet ab Irene Augusta ac Tarasio laudatissimo patriarcha cultis; pardalem illam et Baccham vocans, summum autem sacerdotem dei, Taraxii (quasi tu dicas turbatoris) nomine infamans perditus ille;

στρέψαι κύριον τὴν αὐτοῦ βασιλείαν καὶ ἐπιστέλλων προήγγειλεν, εἴπερ ταύτας οὐ καταστρέψειεν. τούτοις καταβροντηθεὶς ὁ παραπλὴξ βασιλεὺς μετακαλεῖται Θεόδοτον καὶ παραδείκνυσιν αὐτῷ τὰ ἐπεσταλμένα παρὰ τοῦ μονάζοντος. τότε δὴ τότε ὁ Θεόδοτος δραξάμενος τοῦ τοιούτου σκοποῦ καὶ ἀναθαρρήσας λέγει τῷ βασιλεῖ, τῷ κακῷ κακὸν ἐπιπλεονάζων, παρά τινος μονάστου διενεργεῖσθαι παράδοξα, τὴν οἴκησιν κεκτημένου ἐν τοῖς τοῦ Μαυριανοῦ, οἷς γειτνιάζειν τὸν Λαγιστέα διεσαφήνιζεν, ἕτερον τοῦτον ἐπιφημίζων μέγαν Ἀντώνιον· "καὶ ὅπερ ἐρεῖν τῇ σῇ βασιλείᾳ προέλοιτο, τοῦτο καὶ διαπράξασθαι προθυμήθητι." ταῦτα σκαιῶς οὕτως τῷ βασιλεῖ ὑποθέμενος ἄπεισι πρὸς τὸν μονάστην καὶ πεπλαστουργημένως τάδε φησίν, ὡς "τῇ ἐπιούσῃ νυκτί, ὥρᾳ διωρισμένῃ, τὸν βασιλέα ἐν εὐτελεῖ καταστήματι προσοίσω σοι διηγησόμενον περί τε πίστεως καὶ τινων πραγμάτων ἀξιολόγων· ὃν ἐπαρᾶσθαι καὶ τάχιον τοῦ βίου παρελθεῖν ἐξειπεῖν σοι βουλεύομαι, εἰ μήπω Λέοντος τοῦ Ἰσαυρίαθεν ὡρμημένου στοιχειοῖτο τῷ δόγματι, καὶ ὡς εἶγε τοῦτο παραφυλάξοιτο, ἐν δυσὶν ἔτεσι καὶ ὀ τῆς βασιλείας ἐνδυναστεύων ἐλάσειεν," ὡς δῆθεν τῇ φιλοζωΐᾳ καὶ φιλοδοξίᾳ τοῦτον πρὸς τὸ οἰκεῖον θηράσασθαι θέλημα· ταύταις γὰρ ἐφετικῶς ἐκεκράτητο, καὶ μάλιστά γε νεότητι κουφιζόμενος. ταῦτα παρά τε Θεοδότου καὶ τοῦ ἐν Μαυριανοῖς ἡμαυρωμένου μονάζοντος διεσκεμμένως τῷ βασιλεῖ κατε-

1. καὶ, quod ante ἐπιστέλλων legitur, post ἀνθ' ὧν ponit Symeon logoth. p. 402 D. 6. παρά B, περί L. 15. τάχειον L. 16. ἠσαυρίαθεν L.

quapropter futurum ut dominus evertat illius imperium, per epistolam etiam praenuntiavit, nisi illas ipse everterit. His attonitus demens imperator accersit Theodotum, ostenditque ei epistolam monachi. Ibi tum Theodotus arrepta occasione sumptaque fiducia dicit imperatori, malum malo cumulans, a quodam monacho patrari mirabilia, stationem habente in aedibus Mauriani (quibus vicinum esse Dagistea indicabat), alterum eum appellans magnum Antonium: "atque quodcumque, inquit, dicturus est tuae imperatoriae maiestati, id facere studeas." Haec postquam sic subdole suggessit imperatori, abit ad monachum ac veteratorie ista dicit. "Insequenti nocte hora definita imperatorem in habitu vili adducam tibi, acturum tecum de fide et rebus magni momenti. Cui ut maledicas brevique moriturum denuncies tibi auctor sum, nisi Leonis illius ex Isauria oriundi doctrinam sequatur: atque si id observaverit, ad septuagesimum secundum annum in imperio perventurum;" ut scilicet vitae et gloriae illecebris ad ipsorum adduceretur voluntatem. harum enim rerum magna cupiditate tenebatur, iuvenili praecipue aetate sese in spem erigens. Haec a Theodoto et illo apud Mauricanos latente monacho con-

σκεύαστο, οἷά περ αἱρεσιάρχαις ὑπάρχουσιν. εἰσιὼν οὖν ὁ βασι- D
λεὺς μετὰ τοῦ Κασσιτερᾶ πρὸς τὸν μοναχὸν καί τινας λόγους εἰς
αὐτὸν προοιμιασάμενος ἀποφραπίζεται παρ' αὐτοῦ, ὡς προεγνω-
κότος τὸ αὐτοῦ πρόσχημα, οὕτω λέγοντος, μὴ δεῖν "ἐν ἰδιωτικῇ
καταστάσει βασιλέα σε ὄντα οὕτωσὶ ὑποκρίνεσθαι καὶ ἀγνοεῖσθαί
πως οἴεσθαι." δι' ὧνπερ κατaπλαγεὶς ὁ βασιλεὺς τῆς μηχανορα-
φηθείσης προγνώσεως εὐπειθὴς τούτῳ καθίσταται. τοῦτο γὰρ
ἐκ προνοίας τῷ Θεοδότῳ ἐφετὸν ὑπάρχον προετετέχναστο, ὡς
καὶ παρὰ τοῦ μακαρίτου Θεοφάνους καὶ ὁμολογητοῦ ταῦτα δι'
ἐμμέτρου ποιήσεως ἐστηλίτευτο.

Δι' ὃ τῶν σεβασμίων εἰκόνων ἐκ βασιλέως καθαίρεσις
θριαμβεύεται. πρὸς ἣν καὶ τὸν ἀρχιερέα Νικηφόρον ὑποσημή- E
νασθαι κατηνάγκαζεν, καὶ μηδαμῶς πειθαρχήσαντα ἀλογίστως εὐ-
θύνει ἐξόριστον (ᾧτινι τὸ διάδημα περιτιθέντι κατὰ τὴν τοῦ
Λέοντος κεφαλὴν ἐδόκει ὡς ἀκανθῶν καὶ τριβόλων προστρίψεσιν
ὀδύνης ἐπαίσθεσθαι). ἀπαγομένῳ δὲ αὐτῷ ὁ ὁμολογητὴς Θεο-
φάνης ὁ Ἀγρόθεν κατά τινα τῶν αἰγιαλῶν ἤνωτο ἀπονέμων σε-
βασμιότητας κηροῖς τε ἅμα καὶ θυμιάμασιν, κἀκεῖθεν εὐλογίας V. 7
ἀντιλαμβάνων ταὐτὸ δὴ τοῦτο τοῖς αὐτοῦ φοιτηταῖς, ἐπεὶ τάδ'
ἀκηκόασι, ποιεῖν προσετίθετο τῆς Προποντίδος ἀπαίροντι. οὗς
ὁ πατριάρχης ἰδὼν καὶ τὸν ἑαυτοῦ αὐχένα συγκύψας τάς τε χεῖρας

7. τούτῳ B, τοῦτο L. 8. ὑπάρχον B, ὑπάρχειν L. *ibid.* προετέχναστο L. 17. articulum ante ἀγρόθεν om. L. 19. ἐπεὶ τάδ' ἀκηκόασι B, ἔπειτα δ' ἀκηκόασι L.

siderate in imperatorem structa fuere, utpote sectae principibus. Ingressus itaque imperator cum Cassitera ad monachum, et sermones quosdam ad eum praefatus, vehementer ab eo increpatur, tanquam quaro simulati habitus, sic dicente. "Non decebat in privato habitu te sic simulare, cum sis imperator, nec putare te ignorari." Quibus obstupefactus imperator, propter praescientiam illam fraudibus consutam, morigerum ei se praebet. Id ipsum enim de industria, a Theodoto cupide expetitum, dolose structum fuerat; quemadmodum a beato Theophane confessore ea res versibus notata est.

Atque ita venerandarum imaginum demolitio ab imperatore promulgatur. Cui etiam summum sacerdotem Nicephorum subscribere cogebat: nulloque modo obsequentem sine ratione ad exilium condemnat. Qui quidem cum diadema imponeret Leonis capiti, visus sibi est quasi ex spinarum et tribulorum attrectatione dolorem sentire. Cum autem iam abduceretur, Theophanes confessor ab Agriensi monasterio in quodam litore ei se obtulit, tribuens venerationes cum cereis et suffimentis, atque ab illo benedictionem recipiens idem suis discipulis, qui haec audierant, facere iniunxit, cum a Propontide proficisceretur. Quos conspicatus patriarcha, suam cervicem incurvans sublatis manibus implorabat

μετεωρίσας ἀνεκαλεῖτο ἐσχάτῃ τῇ προσκυνήσει τὰς εὐπροσδέκτους ἐντεύξεις τοῦ πανευσεβοῦς Θεοφάνους. περὶ οὗ οἱ συμπαρόντες ἠρεύνουν, ὅτε περ τὰς χεῖρας ἦρε μεταρσίους, "ὦ δέσποτα, πρὸς τίνα ἐπιτρεπτικῶς ἑαυτοῦ διενενόησο ἐπὶ μακρῷ ἀσπασμὸν ἐπαφεῖναι τὸν ὕστατον;" ὁ δέ φησι "τῷ ὁσίῳ πατρὶ καὶ ὁμολογητῇ Θεοφάνει μονάστῃ τοῦ Ἀγροῦ, τῷ λαμπάσι καὶ λιβανωτοῖς ἡμᾶς δεξιωσαμένῳ." καὶ τὸ προφητευθὲν εἰς πρᾶξιν ἐξῆλθε· οὐ μετὰ πολὺ γὰρ αὐτὸς μετὰ πολλῶν ἄλλων ἀφορισθεὶς τῆς ἐκκλησίας σὺν ἀπείροις κακώσεσι τὸν τῆς ὁμολογίας ἐταινιώσατο στέφανον, τὸν πατριάρχην μηκέτι κατὰ τὸ προρρηθὲν θεασάμενος. ὁ οὖν Θεόδοτος, τὸν πατριαρχικὸν θρόνον παρ' ἀξίαν ἀπειληφὼς ἐν ἡμέρᾳ τῆς ζωοποιοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἀναστάσεως, ἐπ' ἀδείας τῆς αἱρέσεως εἶχετο καὶ πολλοῖς ταύτης οἷα λήμης ἐπεκοινώνει.

Τοίνυν ὁ βασιλεὺς Λέων, κατά τε Βουλγάρων καὶ Ἀγαρηνῶν νεανιευσάμενος καὶ ἀηττήτῳ οἰήσει καταισχυθείς, ἀλαζονικώτερος ἅπασι κατεφαίνετο, ὡς ἐντεῦθεν καὶ ἀποκλίνειν πρὸς τὸ ὠμότερον. καὶ γὰρ ἦν φοβερὸς τῷ τε καταστήματι καὶ τοῖς πράγμασι, μηδὲν παραθραύων τῆς ἐνούσης αὐτῷ αὐστηρίας βασκανίας τε καὶ ἰκαμότητος, καὶ τοσοῦτον ὥστε πολλοῖς καὶ τῶν ἐπὶ μικραῖς ἑαλωκότων ἐγκλήμασιν ὧν μὲν χεῖρας ὧν δὲ πόδας καί τινα τῶν καιρίων μελῶν ἐν ταῖς λεωφόροις τῆς πόλεως

1. μετεωρήσας L. 3. ἦρε addidi ex Contin. p. 18 D. 5. ἐκαφῆναι L. 6. μονάστῃ Reinesius, μον L. 8. ἀφορισθέντας L. 20. πολλοῖς] immo πολλῶν vel πολλάκις. 22. ἰσοφόροις L.

postrema adoratione acceptas deo intercessiones pissimi Theophanis. De quo qui aderant quaerebant dicentes "cum manus attolleres, domine, ad quem convertens teipsum a longinquo mente tua dirigebas salutationem?" Tum ille "ad sanctum, inquit, patrem atque confessorem Theophanem monasterii Agriensis, qui facibus et ture nos excepit." Atque haec praedictio eius ipso facto in exitum deducta est: non multo enim post et ipse cum multis aliis ejectus ex ecclesia cum infinitis vexationibus confessionis corona redimitus est, cum patriarcham haud amplius, secundum illam praedictionem, vidisset. Igitur Theodotus patriarchale solium indigne adeptus, ipso die vivificae Christi dei nostri resurrectionis, secure haeresim suam inchoabat, multosque illa occaecabat.

Imperator autem Leo, re contra Bulgaros et Agarenos strenue gesta, insuperabili opinione de se concepta, arrogantior omnibus videbatur; unde etiam ad crudelitatem inclinabat. Erat enim terribilis ipsa habitudine corporis et factis, nihil remittens ab insita severitate, invidia et violentia, ita ut multorum etiam ob minuta quaedam condemnatorum hinc manus illinc pedes inde alia corporis praestantiora membra

συνεχῶς ἐγκεμάννυσθαι, ὡς ἐκ τούτων μισητὸν καθεστάναι πᾶσι τοῖς ὑπὸ χεῖρα. χρόνου δὲ προϊόντος οὐ μέχρι τούτων ἐνέμενε χαλεπὸς ὤν, ἀλλ' ἐκορυβαντίει καὶ κατὰ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως. εὗρε γὰρ καί τινα συνεργὸν τῆς ἐνδομυχούσης αὐτῷ μοχθηρίας, ἄνδρα πανοῦργον, ὃς ἐπιστατῶν τοῦ ἱεροῦ τάγματος ἐν τοῖς ἀνακτόροις ἐτύγχανε καὶ τὴν ἔξω φαινομένην εἶχεν εὐσέβειαν. ὑποτοπάσας γοῦν καιρὸν καθ' ὃν εἰς ἐπήκοον ἦν τὸ τοῦ Ἡσαΐου φάσκον διάγγελμα "τίνι ὡμοιώσατε κύριον, καὶ τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώσατε αὐτόν; μὴ εἰκόνα ἐποίησε τέκτων, ἢ χρυσοχόος χωνεύσας χρυσίον περιεχρύσωσεν αὐτόν, ἢ ὁμοίωμα κατεσκεύασεν αὐτόν;" καὶ τὰ ἑξῆς, ἐν παραβύστῳ λέγει τῷ βασιλεῖ "σύνες τοῖς λεγομένοις, ὦ βασιλεῦ, καὶ γνῶθι τὸ ἀληθὲς D ὅπερ ὁ προφήτης ἡμῖν διεσάφησεν, καὶ τοιαύτης ἔχου λατρείας, καὶ μὴ τοῖς ἐξ ὁμοιωμάτων καταβεβρόντησο πάνυ σεβάσμασιν." τοιαῦτα εἰπὼν ἐνέσκηψεν αὐτῷ πολλῷ πλέον ἰὸν τῆς αἱρέσεως, δι' ἧς φθορᾶς μετεδίδου τοῖς εὐσεβοῦσι συστήμασιν, ἐξ ὧν τοὺς μὴ πειθαρχοῦντας ἀφειδῶς κατηκίζετο.

Οὗτος δὲ Λέων ὁ βασιλεύς, κἂν δυσσεβής, ἀλλὰ τῶν δημοσίων πραγμάτων ἦν ἀντιληπτικώτατος, ὡς μηδὲν τῶν ὑπησιφόρων παρυλιμπάνειν ἀπρόοπτον, ὡς καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν Νικηφόρον τὸν πατριάρχην τοιαῦτα ἐρεῖν, ὡς ἄρα ἡ πολιτεία Ῥωμαίων κἂν δυσσεβῇ ἀλλ' οὖν γε μέγαν προμηθευτὴν ἀπο-

1. ἐγκεμάννυσθαι L. 5. ἐπιστατεῖν L. 7. ὑποτοπάσας L. 13. διεσάφισεν L. 14. καταβεβρόντισο L. 16. φθορᾶς L. 19. ἦν om. L. ibid. ἀντιληπτικότατος L. 22. προμυθευτὴν ἀπόλωλεν L.

per plateas urbis assidue suspenderentur, ita ut ob haec invisus fieret omnibus subditis. Progressu autem temporis non in istis se continuit saevitia eius, sed furebat etiam adversus ipsam pietatem fidei, nactus socium et adiutorem malitiae suae intus stabulantis hominem versutum, qui erat praefectus sacri ordinis in regia et externam tantum habebat pietatem. Observato itaque tempore quo publice ex praelectione audiebatur Esaiae dictum "Cui assimilabitis dominum, et qua similitudine assimilabitis eum? Num imaginem faciet opifex, aut aurifaber conflato auro deaurabit eum?" etc., seorsim etiam dicit ad imperatorem "animadverte haec verba, imperator, atque agnosce veritatem quam propheta nobis declaravit, talemque amplectere religionem, nec imaginum cultu sis plane attonitus." Haec locutus incussit ei multo acrius venenum haereseos, qua inficiebat pios coetus: ex quibus immorigeros nihil parcendo graviter vexabat.

Iste autem imperator Leo, quamvis impius, reipublicae tamen negotia diligentissime curabat, ut nihil eorum quae ei emolumento essent relinqueret improvisum; ita ut etiam post eius mortem Nicephorus patriarcha de eo diceret rempublicam Romanorum quamvis impium magnum

λώλεκεν. πρὸς τούτοις καὶ τοῖς ἀδικοῦσι δικαίως ἐπαχθὴς ἦν,
V. 8 ὥστε κατά τινα νενομισμένον καιρὸν τούτου ἐξιόντος τοῦ παλατίου, ἀνήρ τις προσήει αὐτῷ ἔγκλησιν ἐνστησάμενος ὡς τούτου τὸ γύναιον ἁρπαγῇ συγκεκύρηκε παρά τινος τῶν συγκλητικῶν, ὅστις εἴληχε τοσαύτης ἐλευθερίας ὡς κατασχεῖν αὐτὴν ἀδεῶς ἐπὶ χρόνον πολύν· "ἐμοῦ δὲ περί γε τούτου καὶ τῷ ἐπάρχῳ διεγκαλέσαντος, οὐδέν μοι τῶν πρὸς ἐκδίκησιν ἐπεράνατο." ὁ γοῦν βασιλεὺς τούτων ἐνωτισθείς τινι τῶν θεραπόντων ὀξέως προσέταξεν ἐν τῇ ἐπανόδῳ τὸν ἐγκαλούμενον σὺν ἅμα τῷ ἐπάρχῳ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ παραστήσασθαι. τοῦ οὖν αὐτοκράτορος ἐνδη-
μήσαντος τὸ κελευθὲν εἰς πρᾶξιν παρίστατο. καὶ τῷ τὴν ἔγκλησιν ποιησαμένῳ ἑτοίμως φησί "τί τὸ κατὰ σὲ δραματούργη-
B μα;" καὶ ὁ μὲν ταῖς αὐταῖς ἐκέχρητο ῥήσεσιν, ὁ δὲ ἐγκληματιζόμενος ἀνωμολόγει τὸ ἔγκλημα ὡς ἀναμφισβήτητον, καὶ ὁ ἐταστὴς τῇ καταθέσει συνεμαρτύρει, εἰ καὶ μὴ τὴν ὑπεξέλευσιν κατὰ τοῦ κατακρίτου πεποίητο. αὐτίκα τὸν μὲν δικαστὴν ὡς ἀφερέπονον τοῦ δικαίου διέστησε τῆς ἀρχῆς, τὸν δὲ τῇ μοιχείᾳ ἑαλωκότα κατὰ νόμους ἐτιμωρήσατο. τὰ πλείω δὲ τῶν διοικημάτων ἐν τῷ Λαυσιακῷ χρηματίζων διήνυεν, ὑπογραφέας προσκαλούμενος τῶν ἀρίστων, οἷς γραφὴν τῶν ἐκδόσεων ἐπετέραπτο,
προσεποιεῖτό τε στρατηλάτας καὶ ἄρχοντας τῶν ἀξιολόγων, ἄλλως τε τοὺς ἀδωρίαν ἐξησκημένους, αὐτὸς οὐχ ἥττων χρημάτων

3. προσίει L. 12. δραμματούργημα L. 19. ἐν om. L. 22. ἧττον L.

tamen provisorem amisisse. Ad haec in flagitiosos severissime animadvertebat. Itaque cum certo quodam tempore egrederetur palatio, vir quidam accessit ad eum accusationem instituens quod sua uxor abrepta fuisset a quodam senatore, cuius tanta esset licentia ut secure detinuerit eam longo tempore, idque facinus se ad urbis praefectum detulisse, neque tamen ius suum consecutum. His auditis imperator statim cuidam ex ministris suis mandavit ut in reditu accusatorem una cum praefecto coram se sisteret. Cum igitur reversus esset imperator, iussum eius actu ipso exhibebatur. Atque ad accusatorem prompto animo dicit "quaenam est actio illa quam instituisti?" Ille vero iisdem utebatur vocibus. Porro reus ipse confitebatur crimen ut minime dubium, iudexque delationem ad se factam attestabatur, quamvis executionem contra eam non fecisset. Statim ergo iudicem quidem ut negligentem in iure administrando exuit munere: illum autem qui adulterii convictus erat secundum leges punivit. Pleraque autem negotia in Lausiaco ius dicens decidebat. Amanuenses etiam adscivit praestantissimos, quibus consignationem expensarum committebat; duces quoque bellicos ac magistratus, optimum quemque, praecipue tales qui muneribus minime corrumperentur, ipse etiam opibus haudquaquam subiectus. Haereseos interim suae ni-

καθεστηκώς, κἂν ἐπὶ τὸ μᾶλλον αἱρέσεως αἴτιος, ὡς καὶ πλείστους τῶν ὀρθοδόξων ποινηλατεῖν ἐν ὠμότητι. ἦν δὲ φιλότιμος πάνυ, κἂν σοβαρὸν ἐμβοῶν καὶ κακόρυθμος. ὃ καὶ κατὰ τὸν C
τοῦ Φάρου ναὸν καὶ τόδε γνώριμον διεφαίνετο τοῖς ἐπελευσομένοις
5 αὐτῷ, ψαλμῳδῶς λαρυγγίζοντι. ἐξῆρχε γὰρ τῶν ψαλλόντων ἐνίοτε, καὶ μάλιστα τότε, φωνῶν

τῷ παντάνακτος ἐξεφαύλισαν πόθῳ,

οὗγε διολισθήσας ἄρα τὴν θείαν δίκην περιφανῶς ἐπεσπάσατο τῷ ὕμνῳ, προφητείας ταύτῃ συντελεσθείσης.

10 Τούτων δὲ χρόνου τινὸς προδεδραμηκότος Μιχαὴλ ὁ ἐξ Ἀμορίου τοῖς κατ' ἀνδρείαν προκόπτων ἐν προτερήμασι, παρ' ὃ καὶ τὸ τῶν ἐξκουβίτων πεπίστευτο σύνταγμα, διαβολῇ καθοσιώσεως ἐπισκήπτεται· ὃς ταύτην πολυτρόπως ἀποσεισάμενος D
ἐκπέμπεται παρὰ βασιλέως διακυβερνᾶν τὸ ἐν αὐτῷ στρατολόγη-
15 μα. ὃν βασκαίνων, καθάπερ τινὲς ἔφασκον, θανατῶσαι βεβούλητο, εἰ μὴ θεός, οἷς τρόποις εὐδόκει, παραδόξως φυλάξας τῇ βασιλείᾳ τοῦτον ἀφώρισεν. εἰ καὶ τοῦτό τινες ἐξειλήφασιν, ὅτι τῷ Μιχαὴλ παρῆν καὶ τολμηρία γλώσσης μείζων τῆς κατὰ γενναιότητα πάντῃ θρασύτητος, λαλούσης παράσημα καὶ ἀπει-
20 λούσης τῷ κρατοῦντι ὅλως καθαίρεσιν, αὐτοῦ τε τὴν γαμετὴν ἀνοσίοις γάμοις ἐγκαθυβρίσαι. ἐνηχεῖτο τούτοις ὁ Λέων, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπειρᾶτο εὐμηχάνως κατευνάσαι ῥοπήν (ᾔδει γὰρ

8. κἂν B, καὶ L. *ibid.* δ] ᾧ L. 11. παρ' ὃ B, παρ' ᾧ L. 14. τὸν ὑπὸ χεῖρα λαόν Cedrenus p. 491 D. 17. εἰ] ἢ L. 18. μεῖζον τῆς καταγενναιότητι L.

mis vehemens erat propugnator, ita ut multos orthodoxos crudeliter vexaret. Volebat autem elegans videri in canendo, cum tamen inconcinne et inconcinne boaret. Quod et ipsum in Pharo memorabile apparuit iis quae ipsi eventura erant psalmos crocitanti: praeibat autem psallentibus quandoque tuncque maxime intonans *Sprevere summi cuncta amore principis*. A quo cum ipse longe abesset, divinam vindictam aperte sibi attraxit hoc hymno, praedictione per hanc consummata.

Tempore autem haec praegresso Michael Amoriensis fortitudine ac praerogativis proficiens, ob quam et excubitorum cohorti praefectus erat, crimine laesae maiestatis incusatus fuit: qui cum se variis modis purgasset, ab imperatore missus est, ut in oriente delectui militum habendo praeesset. Hunc ex invidia, ut quidam perhibent, occidere voluerat, nisi deus quibus ei placebat modis mirabiliter servatum imperio destinasset. Quamvis etiam nonnulli tradiderint in Michaele fuisse temeritatem linguae maiorem omnino strenuitatis illius audacia, ita ut effutiret monstrosa minitareturque imperatori omnino eversionem eiusque uxoris incestarum nuptiarum dedecus proferret. Indicabantur haec Leoni, atque is primo quidem conabatur arte sopire eius impetum: norat enim

αὐτὸν γλωσσηματίαν καὶ αἴσχιστον, κἂν ἀνδρεῖον ἐνόμιζεν),
E ἀλλ' οὐ πείθει τοῖς λόγοις ἢ παραινῶν πάντως ἢ ἐμβριμώμενος· εἴχετο γὰρ ὡσαύτως ὁ Μιχαὴλ τῆς τοιαύτης αἰσχροτολμίας. καθίστησι τοίνυν ὁ βασιλεὺς ἀκροατὰς τῶν αὐτοῦ τολμημάτων, τὸ μὲν δῆθεν καταπιέζων αὐτὸν τοῦ θράσους καὶ γλωσσαλγίας, τὸ δὲ καὶ ὠτακουστεῖν τὰ περὶ τοῦτον αἱρούμενος. ἦν γὰρ καὶ
V. 9 τῷ Ἐξαβουλλίῳ περιεσκεμμένως εἰσηγησάμενος, ἅτε νουνεχεῖ ὄντι καὶ πολυπείρῳ ἀνδρί, πρὸς δὲ καὶ γνωστῷ αὐτοῦ τῶν οἰκείων, μὴ παραχωρεῖν αὐτῷ ἀθυροστομεῖν σπεύδοντι, ἀλλὰ σιωπὴν ἄγειν, ἐξ ἀναγκαίου τῶν κατὰ βασιλέως ἄγαν εὐλαβουμένῳ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐδὲν αὐτῷ πρὸς καταρτισμὸν διενήργητο, ἐξ ἀπαιδευσίας ἀκρατῶς φερομένῳ· ἐπεὶ δὲ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις περὶ αὐτῶν ἐδηλοῦτο τῷ βασιλεῖ, αὐτὸς δὲ δυσίατος ἢ ἀνίατος εὑρητο, διὰ χειρογράφου κατεγγυᾶται τὸν Ἐξαβούλλιον ὡς μηδὲν αὐτοῦ τὸ παράπαν τοῦ λοιποῦ διαπαρασιωπῆσαι τῶν ληρημάτων, ἀλλὰ πάντα προῦπτα θέσθαι ἑαυτῷ. ὡς δὲ οὐκ ἐνεδίδου γλωσσηματίζων ὁ ἀλαζών, αὐτίκα τοῦτον
B κατάδηλον τίθησι βασιλεῖ τῆς αὐτῆς ἀναιδείας μεταποιούμενον. καὶ δὴ ῥητῇ ἡμέρᾳ τῶν πρὸ τῆς Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν κατὰ σάρκα γεννήσεως, εἰς τοὐμφανὲς τῶν κατ' αὐτοῦ κινουμένων οἱ ἔλεγχοι παρεισέθεον, περὶ τὸν τῶν ἀσηκρητίων χῶρον τοῦ βασιλέως τὰ ἐπὶ τούτῳ κατὰ δοκιμασίαν πολλὴν ἀνετάζοντος. οὐκοῦν

5. αὐτοῦ τοῦ L. 16. προνπαθίσθαι L, προϋπνθίσθαι V.

esse linguosum et tarpiloquum, etiamsi strenuum putaret. sed nihil profecit verbis, sive moneret, sive comminaretur: perseverabat enim nihilominus Michael in impudentia. Constituit ergo imperator auscultatores et observatores eius temeritatis, partim ut reprimeret eius audaciam linguaeque petulantiam, partim ut exploraret eius conatus. Hortatus etiam fuerat circumspecte Exabullium, utpote cordatum et rerum peritissimum virum, praeterea etiam familiarem eius intimum, ne pateretur eum tam effraeni linguae licentia amplius uti, sed tacendum esse moneret ac necessario erga regem reverentia et cautione utendum. Sed ista quidem nihil ei ad correctionem conducebant, procacitate linguae impotenter ruenti. Cum autem semel atque iterum et saepius etiam de ea re significaretur imperatori, ipseque vix sanabilis aut insanabilis deprehenderetur, chirographo obstringit Exabullium ut is nihil prorsus deinceps reticeat eius nugarum, sed omnia sibi referat. Cumque nihil remitteret a linguae licentia homo petulans, mox imperatori indicat illum eandem impudentiam servare. Atque dehinc statuto die Christi dei nostri nativitatem secundum carnem proxime antecedente, in apertum producebantur argumenta eorum quae contra ipsum movebantur, imperatore in secretariorum loco omnia de eo diligenti examine inquirente.

ἐλέγχεται Μιχαὴλ τυραννίδα, κατατίθεται φανερῶς ἐναργείᾳ τῶν κατηγόρων νυττόμενος, καί τισι τῶν ὑπασπιστῶν ὁ βασιλεὺς ἐγκελεύεται αὐτὸν ταῖν χεροῖν λαβέσθαι καὶ ἀπαγαγεῖν εἰς τὸ τοῦ παλατίου λουτρόν, πιθήκιόν τε δεσμῆσαι ἐνεῖραί τε πρὸς κονὸν καὶ τῷ καμινιαίῳ πυρὶ παρατιθέναι ἀνάλωμα.

Τοῦ δὲ βασιλικοῦ διατάγματος οὕτω προβιβασθέντος, θεάσασθαι τὸ τελεσθησόμενον προτεθύμητο βασιλεύς. συνηντήκει δὲ αὐτῷ ἡ Αὐγούστα Θεοδοσία ἀσύμβαλος, τὸ τοῦ Ἀρσαβὴρ C πατρικίου καὶ κοιαίστωρος θυγάτριον, τοῦ βασιλέως κατηγορῆσον μιαφονίαν καὶ βαρβαρότητα, καὶ μηδ' ὅλως τὸ τοῦ θεοῦ δέος τοῦτον ἔχειν ἐγκάρδιον, καὶ κατὰ μηδὲν ἠρυθριακότα ἡμέραν τὴν ἑορτάσιμον, καθ' ἣν κεχραμένας τὰς χεῖρας ἠρῆσθαι τὴν θείαν κοινωνίαν εἰσδέξασθαι, συμβουλευσόμενόν τε τὸν Μιχαὴλ τηρηθῆναι κατάκλειστον, εἶθ' οὕτως τὰ κατ' αὐτὸν πλείονος τυχεῖν ἀνετάσεως, καὶ τοὺς κεκοινωνηκότας αὐτῷ τοῦ συνθήματος, καὶ τηνικαῦτα τιμωρίαις ὑπάγεσθαι. τῶν οὖν τοιούτων λόγων ἐπησθημένος ὁ βασιλεὺς προσέταξε τὸν ὑπεύθυνον ἐλευθεριάσαι τῆς αὐθώρου ὑπεξελεύσεως, καὶ τοιαῦτα τῇ γαμετῇ προσφωνεῖ. "ὦ γύναι, τὴν μὲν ἐμὴν ψυχὴν τῆς ἐκεῖθεν D σήμερον δίκης ἀπήλλαξας, καὶ τῆς ζωῆς με συντόμως ἴσως στερήσεις· σὺ δὲ καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν θεάσεσθε τὸ ἀποβησόμενον." καὶ ἐν τούτῳ τὸ μέλλον ἀπέφησεν. ἦν γὰρ αὐτῷ ἔκ τινος συμ-

8. ἀσύμβαλος L. 12. ἠρεῖσθαι L. 15. κεκοινωνικότας L. 18. αὐθιώρου L. 21. θεάσασθε L. 22. ἐπεφολβασε Cedrenus p. 492 D.

Coarguitur itaque Michael affectatae tyrannidis, fatetur palam perspicuis documentis accusantium victus, atque imperator quosdam ex satellitibus suis iubet eum manibus prehendere et abducere in palatii balneum, pithecioque vinctum et conto applicatum apponere igni fornacis consumendum.

Cum imperatoris iussum sic perageretur, spectare quae futura essent voluit imperator. Simul autem eodem se contulit Augusta Theodosia improvisa, illa inquam Arsaberis filia, patricii illius et quaestoris, incusans imperatoris carnificinam et barbariem, quodque dei timor ei plane non esset cordi, nec revereretur diem festum quo contaminatis manibus vellet divinam communionem recipere, consiliumque ei dabat ut ille servaretur iuclusus: dein sic in eius facta ulterius inquiratur, atque etiam in socios conspirationis, ac tum demum poenae subiiciatur. Huiuscemodi dictis perceptis imperator praecepit reum liberum esse in praesens a supplicio, uxoremque sic allocutus est. "O mulier, meam quidem animam ab illo supplicio hodie liberasti: etiam vita me cito fortasse privabis. Tu vero et liberi videbitis quid eventurum sit." Atque in hoc fatorum praedixit. Erat enim ei ex quodam aenigmatico libro tempus

βολικῆς βίβλου ὁ ἀναιρέσιμος χρόνος μεμυημένος, αἰνιγματιζούσης μεταξὺ τοῦ τε χ καὶ φ τῶν στοιχείων τὴν κατακλεῖδα λέοντος θηρὸς ξίφει διαπερονηθεῖσαν, ἤτοι μεταξὺ Χριστοῦ τῆς γεννήσεως καὶ τῶν φώτων αὐτὸν ἀναιρεθῆναι τὸν θηριότροπον Λέοντα· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κλῆσις τοῦ ἀναιρήσοντος ἐκ θεοπέμπτου ὀνείρατος (ἑωράκει γοῦν πρὸ μικροῦ τὸν πατριάρχην Ταράσιον δυσφημοῦντα μετὰ παρρησίας τῆς κακίας αὐτοῦ τὰ ἐπίχειρα, πρός τινά τε Μιχαὴλ αὐστηρῶς παρακελευόμενον ἀναλῶσαι αὐ-
E τόν, ὃς τῷ προστάττοντι εὐπειθήσας γε ἔπληξεν ἡμιθανῆ τε κρημνίσας κατέλιπεν. ἔξυπνος δὴ γεγονὼς καὶ πολλῷ συσχεθεὶς δείματι τὸ ὁραθὲν τῇ ἰδίᾳ γαμετῇ παρεδήλωσεν), ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τοῦ ῥηθέντος αὐτῷ διὰ τοῦ πατρικίου Βαρδανίου παρὰ τοῦ ἐν τῷ Φιλομηλίῳ μονάζοντος, ἔκ τε τῆς μεταμφιάσεως καὶ
V. 10 ἐπιβάσεως τῶν ἐσθήτων. ὅμως μετακαλεσάμενος τὸν παπίαν, τοῦτον ἀσφαλῶς τηρεῖν πρός τι οἴκημα τῶν τὸ παλάτιον σαρούντων ἐκδέδωκε, σιδηροπέδαις ἀσφαλισάμενος, ὧν τὴν κλεῖδα ἐν τῷ ὑπενδύτῃ αὐτοῦ ἀπόθετον διεφρούρει, τῶν ἄλλων μηδενὶ ταύτην πεπιστευκώς.

Περὶ γοῦν νυκτερινὴν ὥραν ἀπαναστὰς τοῦ κοιτῶνος ὁ βασιλεὺς τὰς ἀπαγούσας πρὸς τὴν τοῦ παπίου σκηνὴν πάσας θύρας ἐυσθενῶς κατηδάφισεν· ἦν γὰρ εὐσθενὴς πάνυ καὶ θρασυκάρδιος. καὶ εἰσιών γε καταλαμβάνει τὸν Μιχαὴλ εἰς τὴν τοῦ παπίου κλί-

8. μεταξὺ addidi.

quo interficiendus esset compertum per imaginem declarante inter *X* et *Φ* litteras iugulum leonis bestiae gladio transfixum, sive inter Christi nativitatem et diem *φώτων* (id est Epiphaniorum) ipsum interemptum iri belluinis moribus praeditum Leonem. Quin et nomen eius qui esset eum interfecturus ex insomnio divinitus immisso editum. viderat enim paullo ante patriarcham Tarasium praedicantem ominosa et audaci voce malitiae eius mercedem, ab eoque Michaelem quendam acriter incitari ad interficiendum ipsum; qui imperanti obtemperans percussisset praecipitatumque semimortuum reliquisset. Experrectus itaque ingentique pavore captus visum illud suae uxori indicaverat. Item ex eo sciebat, quod dictum ei fuerat per patricium Bardaniam a monacho illo in Philomelio, et quod vestium eius alteram ipse induerat, alterius extremam oram calcaverat. Ceterum papia accersito illum (Michaelem) asservandum in quodam cubiculo eorum qui palatium verrunt tradiderat compedibus vinctum, quarum clavem in interula sua repositam servabat, nulli alii eam concredens.

Cum igitur noctu hora circiter tertia surrexisset de cubili imperator, omnes ianuas quae ad papiae cubiculum ducerent validis viribus deiecit: erat enim valde robustus et animosus. ingressusque offendit Michaelem

